ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS CHRONICON. IN QUO...

Aubert Le Mire

Digitized by Google

...IOTECA NAZIONALE ...ORIO EMANUELE
7
10 H G
42

7.10 G.42

ORDINIS PRAEMON=STRATENSIS CHRONICON.

IN QVO COENOBIORVM ISTIVS IN-ſtituti per orbem Chriſtianum Origines, viri item ſanctitate ſcriptiſque illuſtres fideliter recenſentur.

AVBERTVS MIRAEVS BRVXELLENSIS, S.Theologiæ Licentiatus, Canonicus & Sigillifer Antuerp. ex varijs Scriptoribus con texuit.

Biblio Coll. Soc. Iesu Rom.



COLONIAE AGRIPPINAE.
Sumptibus Bernardi Gualteri.
ANNO M. DC. XIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMPLISSIMO PRAESVLI

D. ADRIANO STALPARTIO,

Celeberrimi TVNGERLOENSIS *Cœnobij* ABBATI *meritiſsimo,*

Ordinis PRAEMONSTRATENSIS *illuſtrandi longè ſtudioſiſsimo,*

Omnium diſciplinarum fautori, ac Mecœnati eximio.

FLAVIVS Vopiſcus narrat Iunium Tiberianum, virum illuſtrem, vrbique Præfectum, cùm Aureliani Imper. vitam à Latinorum nemine litteris adhuc conſignatam audiſſet, grauiter ingemuiſſe, iuſtaque animi indignatione commotum, vocem hanc emiſiſſe: *Ergo Therſiten, Sinonem, cæteraq́ illa prodigia vetuſtatis, & nos benè ſcimus, & poſteri fre-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quentabunt: Diuum Aurelianum, clariſsimum Principem, ſeueriſsimum Imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis eſt reſtitutus, poſteri neſcient? Præclara ſanè vox, & noſtrum in vſum iure meririſſimo transferenda. Scimus & legimus nos homines Chriſtiani Alexandrū M. Iulium Cæſarem, Auguſtum, Tiberium, Aurelianum, alioſque Imperatores ac Principes cùm veterum tùm neotericorum ſcriptis celebratos. Hos igitur ſciemus & admirabimur, eoſdemque poſteri frequentabunt & legēt; clariſſimos verò æternæ gloriæ Principes, ſanctiſſimos ad immortalem vitam duces atque anteſignanos, ſummos veræ religionis, morumque probatiſſimorum magiſtros, per quos orbis fluctuans Romanæ fidei ac pietati eſt reſtitutus, nos neſciemus, aut poſteri ignorabunt? *Deus hanc auertet amentiam*, aiebat idem Tiberianus.

Atque iſta quidem cogitatio, annis ſuperioribus, vt de Auguſtinianæ, Benedictinæ, Carthuſianæ, Carmelitanæ, aliarumque piarum familiarum fundatoribus nonnulla typis publicarem, me excitauit: nunc etiam exſtimulat, vt ſanctum NORBERTVM, Præmonſtratenſis Ordinis conditorem, eiuſque ſocios & aſſeclas, HVGONEM Cameracenſem, Beatum EVERMODVM Epiſcopum Raſeburgenſem, Beatum MILONEM Morinenſem, Beatum ALBERONEM Virdunenſem, B. IFFRIDVM Raſeburgenſem, B. GODEFRIDVM Comitem Cappenbergenſem, beatos item Abbates, GAREMBERTVM, RAINERVM, GILBERTVM, RADVLFVM, FREDERICVM, SIARDVM, & alios, quibus iniuria temporum pænè tenebras offuderat, teſtimonijs ex mediæ ætatis hiſtoria petitis, conatus ſim velut in lucem reuocare. Quod vt facerem, beneficia ab

Vide pag. 17. 76. 144. 123. 127. 160. 26. 85. 167. 104. 144. 172.

ipſo Beato NORBERTO Eccleſiæ & vrbi noſtræ Antvverpianæ iam olim collata me impulerunt.

Sacramentaria atque Adamitica TANCHELINI hæreſis per Brabantiam, Flandriam, Zelandiam, maximeque in vrbe & agro noſtro Antuerpiano id temporis ſæuiebat. Hanc validè cùm per ſe tùm per ſuos repreſſit NORBERTVS, à noſtro Canonicorum collegio, piè prudenterque in ſubſidiũ euocatus. Siue, vt publicarum litterarum ab HILDOLFO Prępoſito olim noſtro, ſalutis anno
1124. M. C. XXIV. datarum, verbis vtar; *Cùm in diebus illis quidam hæreticus, Tanchelinus nomine, in partes noſtras aduenisſet, & venenoſo ſermone à fide & à Sacramentis Eccleſiæ plurimos auertisſet; hac de cauſa, vt illa hæreſis, quæ prouinciam noſtram occupauerat, funditus extingueretur, conſilio Domini* BVRCHARDI *Epiſcopi Cameracenſis, & totius populi, & aſ-*

ſenſu Capituli noſtri, Dominum NORBERTVM, *virum iſtis temporibus ſpectabilis religionis, accerſiri curauimus.* Itaque vt Simoni olim Mago *Simonem Petrum* Apoſtolorum Principem, Ario *Athanaſium*, Neſtorio *Cyrillum*, Iouiniano, Vigilantio, Eluidio *Hieronymum*, Pelagio & Mani *Auguſtinum*; ſic Tanchelino NORBERTVM DEVS Opt. Max. oppoſuit. Hoc nimirum diuinæ bonitatis eſt proprium, hæc altiſſima diuini conſilij ratio, vt cùm maximè ab hæreſiarchis Eccleſia orthodoxa oppugnatur, fortiſſimos DEVS tunc excitet defenſores. Notant veteres hiſtorici, quo die Pelagius in Britannia, publico damno, natus eſt; eodem ipſo die clariſſimum Eccleſiæ lumen Auguſtinum ſummo Reipub. Chriſtianæ commodo, in Africa emicuiſſe. Cùm Albigenſes in Gallia bellum Eccleſiæ mouerent, *ſanctus Dominicus* ex Hiſpania Toloſam venit, atque illorum

cauſam fortiter iugulauit. Oportunè ijſdem temporibus adfuêre & ſodales Minores, à ſancto FRANCISCO in auxilium miſſi. Sic & patrum memoria, cùm Lutherus & Caluinus priſcorum ſæculorum hæreſes ab inferis reuocare cœpiſſent, beatus IGNATIVS LOIOLA, velut cœlo lapſus, religioſiſſimam Societatem IESV excitauit, eamque impijs hoſtium conatibus atque inſultibus, inſtar muri ac propugnaculi, pro domo DEI obiecit.

ITAQVE & NORBERTVS orbi diuinitus olim datus eſt, vt pullulantem TANCHELINI hæreſin velut in herba apud Belgas opprimeret; deinde vt religionem Chriſtianam apud Saxones, Morauos, Liuones, alioſque Septentrionales populos per ſe ac ſuos quàm latiſſimè propagaret; ac demùm vt ſchiſma inter Innocentium II. & Petrum Leonem id temporis ex-

ortum tolleret. Qua de cauſa Herbipolim primùm in Germaniam, deinde Remos in Galliam ſe contulit, ac demum in Italiam vnà cum Lothario Imperatore ſancto Bernardo Abbate Clarevallenſi, alijſque ſacri ac politici ordinis Proceribus tranſiens, Innocentium II. Pontif. Max. Romam vſque deduxit, atque in ſede Apoſtolica, pulſo Petro Leone Antipapa, collocauit.

Sed he his fuſiùs in CHRONICO noſtro PRAEMONSTRATENSI; quod Tibi PRAESVL ampliſſimè, dico ac conſecro: primùm quidem, quia tuo ſingulari beneficio atque eximia liberalitate, quod hactenus latuerat, in lucem adſpectumque nunc prodit. Deinde quia illius inſtituti hiſtoriā tractat, cuius Tu cœnobium totâ Europâ pulcherrimum, ornatiſſimum, atque ampliſſimum, ſumma laude moderaris. Iactemus igitur nos Bra-

banti.. Religioſorum copia, vitæ morumque diſciplina, templi ornatu, ædificiorum ſtructura, periſtyliorum amplitudine, bibliothecæ magnitudine, librorum varietate, ſtatuarum atque tabularum pictarum præſtantia, vniuerſa denique elegãtia, nõ eſt Abbatia quæ TVNGERLOENSEM tuam ſuperet, imò æquet. Fateor quidem, ſingula ſi ſpectentur, quaſdam excedere: ſed omnia ſi quis iunctim exploret, in eandem mecum ſententiam ibit, idem ante me iudicium ac ſuffragium in *Originibus* ſuis *Antuerpianis* dedit magnus ille *Ioannes Goropius Becanus*, ſæculi noſtri Varro iure optimo nuncupatus.

Taceo ſingularem prædeceſſorum tuorum munificentiam ac pietatem, quorum è numero IOANNES SICHEMIVS, Diſtemij, quod Brabantiæ eſt oppidum, Canonicorum Collegiũ ſuo ære fũdauit ac dotauit. *Ioannes VVeſterhouius* Pater pauperũ

eſt dictus: *Antonius* verò *Tſgrotenus* non modò Louanij, Coloniæ, Aureliani, & Biturigis ſuos in ſtudijs liberaliter aluit, ſed & Nicolai V. Sixti IV. aliorumque Romanorum Pontificum laudatiſſimorum exemplo, bibliothecam inſtituit, aula ampliſſima, veſtibulo, pulpitis, ſcalis ac porticibus à fundamentis regio ſumptu extructis. Vt veſtra TVNGERLOENSIS bibliotheca, ſi ſtructuram ſpectes, cum Vaticana, qua nulla hodie in orbe Chriſtiano amplior cenſetur, meritò comparari poſſe videatur. *Obiit Anno 1529.*

PERGE igitur, PRAESVL admodum Reuerende, tuorum maiorum exemplo, ſtudia ac litteratos fouere, & pijs noſtris de ordine veſtro NORBERTINO illuſtrando conatibus fauere. Ego viciſſim operam dabo, vt STALPARTIANVM nomen grata omnis poſteritas colat, & veſtra imprimis mu-

nificentia Ordinem Præmonſtratenſem longè illuſtriorem redditum agnoſcat. Antuerpiæ, idibus Auguſti. CIↃ.IↃC.XII.

Reuer. Amplitudinis Veſtræ

ſtudioſiſſimus

AVB. MIRAEVS.

SCRIPTORES ET LIBRI QVIBVS VSI SVMVS.

ANNALES *variorum cœnobiorum cùm editi tum manuſcripti.*

Balduinus Niniuenſis manuſcriptus, Ninouiæ in Flandria.

Conradus Lichteuauius Abbas Vrſpergenſis.

Gaſpar Bruſchius.

Guilielmus Eſtius.

Haitonus Armenus.

Hugo Altiſsiodorenſis.

Iacobus Marchantius.

Iacobus Meyerus.

Iacobus Vitriacus.

Ioannes Becanus nuper typis editus.

Ioannes Dubrauius.

Ioannes Gerlandus Leidanus M.S. apud Andr. Schotium.

Ioannes Goropius Becanus.

Ioannes Iperius M.S. Audomaropoli ad S. Bertinum in Arteſia.

Ioannes Molanus.

Ionn-

Ioannes Trithemius.
Nicolaus Camuzæus.
Nicolaus Serarius.
S.Norberti vitæ ſcriptor.
Petrus Herentalius M.S.Floreffiæ.
Richardus VVaſſeburgius.
Robertus Altiſsiodorenſis.
Seruatius Lairuelzius.
Sibrandus Leo ſiue Leonius M.S.
Theodorus Petreius.
Viguleus Hundius.

APPRO-

APPROBATIO.

AD celebrandam & firmandam memoriam originis, progreſſus, ſanctitatis & meritorum ſacri ordinis Præmonſtratenſis, hoc eiuſdem ordinis Chronicon, ſtudio R. D. Auberti Mirei, Canonici & Sigilliferi Antuerpienſis, optima fide digeſtum, vtiliter typis mandabitur. Idem eſto de adiunct iudicium: vitis nimirum Haytonis Regis Armeniæ, poſteá ordinis Præmonſtratenſis Canonici; & Hroznatæ, Teplenſis & Chotieſſouienſis monaſteriorum in Bohemia fundatoris: Martyrio duorum fratrum Præmóſtratéſium, ſub Comite Lumnio paſſorũ: Diſcertatione de Antuerpienſis Eccleſiæ origine ac progreſſu; & Auctario ex Roberto Altiſſiodorenſi.

TILMANNVS VOSMERVS
ordinarius in Diœceſi Coloniensi librorum Cenſor.

CHRO-

AVCTOR LECTO-RI CANDIDO S.

MIRARI ſæpè ſoleo, quî factum ſit, vt cùm cæteris ferè religioſorum hominum Ordinibus ſui Præcones obrigerint, nemo extiterit hactenus, qui Illuſtris familiæ Præmonſtratenſis res geſtas literis conſignaret. Quod quidem etſi lapſorum fortaſsè ſæculorum infælicitati, aut Maiorum noſtrorum incuriæ adſcribi queat, tamen quod bellicoſis olim gentibus, idem Norbertinæ huic familiæ aduerſus carnem, Mundum, Diabolum, itemq́ue hæreſes ac corruptos hominum mores iam inde ab origine admodum ſtrenuè decertanti, vſu veniſſe videtur; vt præclaras res gerere, quàm ſcribere glorioſiùs exiſtimârit; Nam præter cæterorum Religioſorum cœtuū morem, hoc Præmonſtratanis Canonicis penè proprium ac perpetuum eſt, vt paræciis ſeu curis paſtoralibus cùm in vrbibus, tum in pagis præfecti, cogitationes omnes ſuas actionesq́ue in procuranda ſuo-

Cur Præmonſtratēſes res à ſuis præclarè geſtas poſteritati non tranſmiſerint.

rum ſalute ſubditorum defigant. Quoniam itaque minus fortaſsè ipſis eſt integrum, illuſtria maiorum ſuorum facta varijs è locis libriſque conquirere, videri queat id ipſum officij ratio à nobis poſtulare. Nemo enim eſt, qui neſciat, quantum B. Norberto, eiuſque ſodalibus Eccleſia & Reſpub. noſtra Antuerpienſis debeat: quod quidem hic recenſere quia prolixius foret, Chronicum noſtrum ad annum 1124. Lector conſulat. Operæ autem pretium me facturum exiſtimo, ſi pauca quædam hoc loco de Ordinis Norbertini inſtituto ac forma in communi dixero.

Cur auctor operi manum admouere operæ pretium duxerit.

Familia ergo Norbertina cœtus eſt nõ Monachorum propriè, ſed Canonicorũ Ordinis S. Auguſtini. Hoc enim nomine appellatur, etſi alterum nequaquam aſpernatur aut reiicit. Eius vita neque in ſola contemplatione, neque in ſola actione, ſed in vtraque ſimul poſita eſt; nec ſuæ tantum, ſed & alienæ ſalutis curam gerit. Habent ferè ſingula huius Inſtituti Monaſteria Paræcias ſibi annexas plurimas, quibus Præfecti ſeu Paſtores è numero Religioſorum dari ſolent. Quod vt huic Ordini inter cæteros penè eſt proprium, ſic & afflictæ Dei Eccleſiæ in hac

Præmõſtratenſes propriè Canonici appellantur.

Paræcijs ſeu curis paſtoralibus præſunt.

ta bonorum Paſtorum inopia quàm
ximè commodum. Iure itaque Nor-
tina Monaſteria, fœcunda Parocho
n ſiue Paſtorum ſeminaria quis nun
bet.

Nam vt à Brabantia noſtra exem
m ſumamus. Sunt in ea Monaſteria,
æ quindecim, alia viginti, nonnulla Pa-
res triginta, aut circiter emittunt, vt in
mpaniæ noſtræ Brabanticæ tractu ho-
centum plus minus Paſtores numerẽ-
ex Brabantinis viciniſque Præmon-
atenſis Inſtituti Monaſteriis pro-
ti.

Brabantia quàm frequens in emittendis Paſtoribus Præmonſtr.

Cæterùm vt aliæ Religiones ferè, ſic &
orbertina Odeium, ſeu chorũ habet, &
ties horas Canonicas die noctuq; decã-
, vtiturq; Breuiario ſeu officio Eccle-
ſtico proprio, atq; à Romano nonnihil
uerſo, quod Lutetiæ Pariſiorum iden-
em varia forma, & nuper Lucæ in Mo-
niâ, iuſſu Abbatis Lucenſis, in folio re
forma eſt excuſum. Habet & Miſſa-
Breuiario ſuo conforme, itemque Sta-
a ſeu leges diſtinctionibus ſeu libellis
adripartitas, typiſque anno milleſimo
ngenteſimo quinto euulgatas. Solent
em Norbertini, vt hodie Carthuſiani,
petuò à carnibus abſtinere *certis anni*

Quo Breuiario Præmõſtratenſes vtantur.

temporibus, at hodie non, niſi certis anni temporibus.

Gubernãdi Ordinis ratio.

Gubernationis porro hæc eſt ratio. Vniuerſi ordinis Pręfectus generalis & quaſi Princeps hæreditarius eſt Abbas Monaſterij Præmonſtratenſis, in Diœceſi Laudunenſi à B. Norberto fundati, à quo & familia vniuerſa cognomentum induit.

Vnde nomẽ traxerit.

Huius munus eſt, Prouincias omnes, quas *Circarias* vocant, obire, diſciplinam collapſam inſtaurare, aliaque id genus ex Authoritate præſtare. Solet autem Abbas Præmonſtrat. olim eligi ab Abbatibus Laudunenſi, Floreffienſi & Cuiſsiacenſi. Abbates autem huius Ordinis ſunt perpetui, exceptis tamen Hiſpaniæ Abbatibus, qui non niſi triennio præſunt, quod Pontifex Max. & Rex Hiſpaniarum à triginta circiter annis certas ob cauſas conſtituerunt.

Conſecrantur autem ſeu benedicuntur ſolenni ritu ab Epiſcopis, mitraq; ac pedo paſtorali, cæteriſque Epiſcopalis dignitatis inſignibus in ſacris ſolennibus vtuntur, idq; ex Indulto Apoſtolico, quod varijs temporibus ſinguli ferè Abbates à Romanis Pontificibus impetrarunt. Nam etſi iam inde à primis Religionis exordiis plerorumque Monaſteriorum Præfecti

Abba

nates appellati ſint, Epiſcopali tamen
râ olim haudquaquam vſos fuiſſe con-
, idq́ue vel ex Innocentii 3. diploma
Romæ, 4. Maij, anno 1198 dato, quod
, à nobis, loco citabitur.

Cur candido amictu vtantur Nobertini.

Porro communis omnium huius Or-
is Alumnorum veſtitus eſt candidi
oris, vt iure CANDIDISSIMVS OR-
nominetur. In diuinis autem officiis
uuntur & *ſuperpelicio*, vt vocant, ex
o ſubtili.

Quia illum à Deipara cepiſſe B. Norbertus traditur.

Cur vero ſuos candidâ veſte B. Nor-
tus vti voluerit rationes atque exem-
aliquot ſacris è litteris petit, vt videre
in Hiſtoria vitæ eius Cap. 24. Quan-
am & illud hîc nequaquam eſt præ-
mittendum, quod vniuerſi Ordinis
tres, vnanimiter aſſerunt, è cælis, ſcili-
à Deiparâ Virgine, miniſterio Ange-
rum veſtem cādidam illi dimiſſam eſſe,
ſumque ſe ſuosq́; eâ veſtire. Quâ de re
i vetuſtioris alicuius Scriptoris perſpi-
um teſtimonium nō viderim (vti mul-
me nondum viſa) perpetua tamen Pa-
m traditione idipſum ad noſtra vſque
mpora manauit. Hinc in pleriſque Præ-
onſtratenſis Ordinis Eccleſiis, picturas
tuſtiſſimas hoc ipſum exprimentes eſt
dere. Sed & Ordinis huius Breuiariis

Superiorum iuſſu editis, præfixa imago idem commonſtrat, hac adhibita inſcriptione.

Cum Pater ad ſuperos animum Norbertus haberet,
Et precibus peteret quo ſe velaret amictu
Angelus accelerat cœlo demiſſus ab alto,
Induit & tunica niueo candore micante.

Legitur & alterum ibidem F. Antonij Trumellij carmen rei plenum.

Quam color gratus Domino ſit albus,
Hinc patet, quando eſt oculos micantes
Transfiguratus, niueasq; veſtes
Viſus habere.
Angelos binos Maria in ſepulchro
Tot viros Chriſto redeunte in altum,
Plurimi cernunt niueas habentes
Vndiq; veſtes.
Hinc Ioanni Dominus reuelat
Veſtibus multos niueis amictos
Qui Deo dignas canerent in omni
Tempore laudes.
Hac ſatis gratum Domino colorem
Candidum ducunt, ſimul hoc ab alto
Miſſa Norberto poterit probare
Candida veſtis.

Idipſum non in Gallia modò, ſed in intima quoque Germania certum teſtatumque iam olim habitum, teſtis eſt

Caſpar

Caſpar Bruſchius, qui in ſua Monaſteriorum Germaniæ Chronologia Vrſpergenſe Monaſterium deſcribens, hos verſiculos interſerit.

Qui Chriſto intrepido pia pectore iura fatentur,
Et Domini debent paſcere ritè gregem,
Hos vita, certè integritas puriſsima, mentis
Candor, & ingenuus, dexteritasq́; decent.
Hoc Regina poli voluens in pectore circum,
Quæ Dominum vitæ, mater honeſta tulit.
Præmonſtratenſes æterna lumina vitæ
Monſtrantes, quæ ſit vitaq́; grata Deo.
Pura vti voluit veſte & candore notatâ,
Vt candorem animi ſignificaret, opes
Mētis opes, quibus haud meliores ſuſtinet orbis,
Quas quicunq́; tenet, optima quæq́; tenet.
Idcircò hanc olim à ſummo demiſit Olympo,
Dixit, & hoc animi pignus habeto mei.
Sic ego candida cælorum Regina per orbes
Aethereos curru ſplendidiore feror,
Hoc meus eſt gnatus candore notabilis, omni
Nigritie cuius pectora ſancta vacant,
Tales ipſius eſſe decet vos nempè miniſtros,
Quales hac veſtu vos monet atq́; iubet

Neque verò quenquam mouere debet, Scriptorem vitæ S. NORBERTI huiuſce rei non meminiſſe, cùm idem ipſe in ſua præfatione, (quæ in manuſcriptis codici-

In vita S. Norberti cur auctor nonnulla prætermiſerit.

bus paſſim extat, à Surio tamen prætermiſſa) teſtetur, *multa ſe propter obſtinatam quorundam impudentiam omiſiſſe, eaq; duntaxat attigiſſe, quæ omnibus nota eſsēt, neque ipſi vlla improbitate auderent diffiteri.* Itaque, vt ſingularis illa prærogatiua ſugillationi futuræ fortaſſis erat obnoxia, videtur hic ſcriptor hanc ipſam maluiſſe hominum traditioni relinquere, quàm literis eam conſignando, reliquam vitæ Beati NORBERTI ſeriem cauillationi exponere. Quanquam quid eſt, quod hîc quiſpiam ſugillet? cum ſimilia alijs ſanctis viris beneficia diuinitùs conceſſa legamus? Suffecerit vnius S. Ildefonſi, Toletani Epiſcopi exemplum, qui (vt Martyrologij Romani verbis vtar) *ob ſingularem vitæ integritatem ſuſceptamque defenſionem aduerſus Hæreticos* DEI *genitricis Virginitatem impugnantes*, ab eadem candidiſsima veſte donatus eſt, *ac demùm ſanctitate celebris in cœlum vocatus*. Huc etiam facit, quod Deiparam Virginem Patronam ac Tutelarem Diuam vniuerſus Ordo Præmonſtratenſis agnoſcat, ſuaque omnia eidem ſecundùm Deum ferat accepta.

23. January B. Ildeph hõſus candida veſte à Deipara cur donatus.

Tutelares Ordinis Præmonſtratenſ. Patroni.

Cæterùm vt & hoc obiter addam, poſt D. Virginem vt Patronos ſingulares atq;

apud

apud Deum primarios Interceſſores habet hic Ordo S. Iohannem Baptiſtam, & D. Auguſtinum, ſummum illum Eccleſiæ Doctorem; Iohannem Baptiſtam quidem quod (vt in Breuiario Præmonſtrat. legitur) cùm B. NORBERTVS Eccleſiam S. Martini Laudunenſis certis de cauſis reliquiſſet, poſt varia loca explorata tandem ad locum, qui Præmonſtratum, vel Præmonſtratus locus vocatur à Bartholomęo Laudunenſi Epiſcopo ſit perductus ad Eccleſiam, in honorem DEI & memoriam S. Iohannis Baptiſtæ conſtructam, raris tunc incolis inhabitatam: Hæſit itaque in dicta Eccleſia B. NORBERTVS, ſic tamen, vt ea ſedes principalis non manſerit, ſed ex aliâ parte montis vicini, nouam ſibi ſuisque ædificauerit manſionem. Extat autem hodieq; Sacellum iſtud S. Iohanni Baptiſtæ ſacrum, haud longè à Præmonſtratenſi cænobio ſitum.

De S. Auguſtini patrocinio nihil opus eſt dicere, cùm omnibus notum ſit. Præmonſtratenſes ex præſcripto Regulæ S. Auguſtini (quam & alii ferè triginta Religioſorum hominum cœtus iam olim amplexi ſunt) vitam ſuâ inſtituere. Quod quidem quanto iudicio ſuis B. NORBERTVS præſcripſerit, in hiſtoria vitę eius ca. *Norbertini viuunt ex præſcripto regulæ S. Auguſtini*

24. eſt videre: vt equidem mirer D. Antoninũ in ſua hiſtoria, & Philippum Bergomatem in ſupplemento Chronicorum, Norbertino regulæ Sancti Benedicti adſcribere. Maximè quando ipſe Diuus Auguſtinus apparuit, & tradidit regulam ſuam B. Norberto, vti legitur in vita B. Godefridi Comitis Cappenbergenſis, vt quidem mirer D. Antoninum in ſua hiſtoria.

Porrò candidiſſimus hic ordo vniuerſum penè terrarum orbem, ſanctitatis opinione, ſuique inſtituti monaſteriis iam olim compleuit. Non enim in Gallia, Germania, Lotharingia, Belgica, atque Hiſpania tantum (quibus in Prouinciis etiamnum viget plurimũ) ſed & in Italia, Sicilia, Cypro, Syria, Illirico, Anglia, Scotia, Hibernia, Noruegia, aliiſque regionibus, plurima eaque ampliſſima habuit monaſteria. Quorum quidem catalogum videre ſi quis volet, eum ipſum Chronico noſtro ſubiunctum inueniet.

Cæterùm & in vrbe ipſa Roma S. Alexij domus olim Norbertinæ familię monaſterium fuit, Abbatiali titulo inſignitũ, idque beneficio Gregorii IX. Pont. Max. quam tamen domum hodie Hieronymiani Sodales poſſident, à Lupo Olivetano,

no, Hiſpalenſi, Generali illius ordinis Præfecto, ibidem collocati.

Eſt autem totius religionis mater & caput, Archicœnobium Præmonſtratenſe, ad quod olim Abbates vniuerſi, aut ex Prouinciis, ſeu *Circarijs* ſingulis duo ſaltem capitulum generale, vt vocant, celebraturi Dominica ſecunda poſt paſcha conuenire ſolent. Eſtque hæc *prima* (vt vocant) Abbatia: *Secunda* verò eſt Laudunenſis D. Martino ſacra: *Tertia* autem Floreſſienſis in Diœceſi Namurcẽſi, apud Belgas ſita. (Vnde & Abbas Laudunenſis vniuerſi Ordinis *Prior*, Floreſſienſis verò *Supprior* à quibuſdã nominãtur) *Quarta* verò eſt Cuiſſiacenſis. Vnde & hi quatuor Abbates totius ordinis Patres, vt vocant, Abbates nuncupantur. Atque vt cæteras omnes Eccleſias Abbas Præmonſtratenſis viſitat ac reformat: ſic & Eccleſia Præmonſtratenſis per tres iſtos Abbates Laudunenſem, Floreſſienſem & Cuiſſiacenſem viſitari ſolet.

Primaria aliquot Norbertinæ familia Abbatia.

Fuêre autem ordinis huius Prouinciæ (quas vulgò *Circarias* vocãt) ferè triginta & quadringenta amplius virorum monaſteria, præter Virginum clauſtra quam plurima. Fuit item nonnullis olim monaſteriis dignitas Epiſcopalis annexa: vt

Prouincia ordinis olim fuêre 430. prater Virginum clauſtra.

in Chronico ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum oſten demus; Quæ quidem omnia dignitatem ac præſtantiam huius Ordinis com monſtrant.

Ordo Præmonſtratéſis quo anno cœperit.

Cæterùm candidi Ordinis huius initium, etſi quidam ad annum Christi 1116. Martinus Polonus ad annũ 1119. Nonnulli verò ad annum 1137. Plerique tamen ſcriptores ad annum 1120. referunt: Vt Robertus Normannus, Abbas Montis Naualis, in appendice ad Chronicon Sigeberti Gemblacenſis, Vincentius Beluacenſis ſpeculi hiſtorialis lib. 26. cap. 28. Ioannes Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, Chriſtianus Maſſæus in Chronicis, alijque. Quibus conſonant & verſiculi iſti Echoini, à multis retrò ſeculis omnium ore decantati:

Anno videlicet M C. XX.

Anno milleno, centeno, bis quoque deno,
In Præmonſtrato fundatur Candidus Ordo.

Cœpit itaque initium Ordo Præmonſtratenſis anno vt diximus, 1120. qui ſecundus & viceſimus annus eſt ab Ordinis Ciſtercienſis inſtitutione: Quo quidem tempore S. Bernardus paſtorali curæ in Claraualle operam dabat. Porro de familiæ Ciſtercienſis origine extant & hi verſus Echoini, quos etſi rudi illo ſeculo pa-

riter

riter natos, haud abs re fuerit attexuiſſe.
Octauus nonageſimus milleſimus annus
Exſtabat, quando cœpit Ciſtercius Ordo.

Plura ſi voles, mi Lector, de ordinis Præmonſtratenſis origine ac progreſſu: Præter Vincentium Beluacenſem, Robertum Abbatem, & Trithemium, ſupra citatos, legas & D. Antonium in hiſtoria ſua, Iacobum Philippum Bergomatem in ſupplemento Chronicorum, Bartholomæum Caſſanæum in Catalogo Gloriæ mundi, Thomam Bozium lib. de notis Eccleſiæ, aliosq́;. Si quæ autem habes præter iſta à nobis obſeruata, (vt plurima variis in locis adhuc latere non dubito) maiorem in modum rogo, vt ea candidè nobiſcum communicare, in publicum Eccleſiæ ac familiæ NORBERTINAE bonū, non graueris. Equidem dabo operam, vt apud gratum memoremq́ue poſitum beneficium aliquando agnoſcas. Vale & conatibus hiſce noſtris faue.

De ordinis huius progreſſu ac origine qui potiſſimum ſcripſerint.

CHRO-

CHRONICON ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.

S. Norbertus naſcitur Sanctis in Cliuia.

S. NORBERTVS inſtituti Præmonſtratenſis auctor & Princeps, natus eſt Sanctis in diœceſi Colonienſi, parentibus nobiliſſimis Heriberto & Hadevvige. Eſt autem Sanctenſe opidum in ruinis Traianæ Coloniæ, haud longè à Rheno fluuio extructum, hodieque peramplo Canonicorum collegio admodum celebre, in ditione Cliuenſi: quod à S. Victore aliiſq; CCCXXX. ſanctis Martyribus, Thebææ legionis, ob Chriſtianam religionem in pratis virentibus ad Vlpia caſtra Coloniamque Traianam, Maximiani Imperatoris iuſſu, anno circiter 298. occiſis, cognomentum induit. Vnde & in baſilicæ Sanctenſis ingreſſu titulus iſte iam olim inſcriptus legi ſolet, *Ad Sanctos Martyres.*

Sanctenſi oppido vnde id nominis adhæſerit.

Quorum quidem Martyrum oſſa non diu poſt Diua Helena Conſtantini Magni Auguſti mater, è paludibus collecta, in loculis cordidit, & au-

guſtiſſima æde ſacra, Collegioque ſacerdotum inſigni, Sanctorum Martyrum memoriam in eadem Colonia Traiana honorauit.

Matris pietatem æmulatus Conſtantinus Imperator Sanctenſi Baſilicæ aſyli ius conceſſit, & eximia priuilegia indulſit, agriſq; locupletem ac florentem reddidit: vti conſtat ex Stephano Vinando Pighio, Campenſi in Hercule ſuo Prodicio. Huius porrò vetuſtiſſimi ampliſſimique Collegij Canonicus annos aliquot fuit Norbertus, ordinatuſque eſt Subdiaconus in Sanctenſi Eccleſia adhuc reſidēs, *Sicuti patet ex Scriptore vita Sancti Norberti cap. 8.* *S. Norbert. fuit Eccleſiæ Sanctenſis Canon.* ANNO 1115.

Anno circiter milleſimo centeſimo decimo quinto Norbertus ætate florens ac facundia, ſummiſque Principibus, in his Frederico Archiepiſcopo Colonienſi, & Henrico IV. Imperatori, quorum in aulis olim vixerat, gratus ac perfamiliaris, diuino feruore accenſus, relicta ſæculi pompa, vno & eodem die Diaconus ac Presbyter ab eodem Frederico ordinatus, & Chriſtianæ paupertatis veſtem pelliceam, ſcilicet agninam, id eſt, ex aliquot agnorum pellibus conſutis aptatam adſumit. *Robertus* *Norbertus fit Preſbyter.*

Norma-

Normannus, Abbas montis Naualis in appendice ad Chronicon Sigeberti Gemblacenſis. Item ſcriptor vitæ eius. Cap. 3.

ANNO 1116. *Reſignat beneficium Eccleſiaſticum & peregrinatione inſtituit.*

Beneficiis ac redditibus Eccleſiaſticis, in manus Frederici Archiepiſcopi reſignatis, venditoq; patrimonio ac pauperibus erogato, præter marcas decem & mulam vnam cum duobus ſociis laicis NORBERTVS peregrinationem inſtituit. Cumque Huiium (quod opidum eſt ditionis Leodicenſis ad Moſam fluuium) veniſſet, ea etiam, quæ ſuis ſuorumque vſibus adſeruauerat, pauperibus diſtribuit, & nudus nudum Chriſtum ſequens, in Galliam ad S. AEgidii opidum, vbi tum Gelaſius II. Pont. Rom. agebat, ſe contulit. A quo benignè humaniterque acceptus, cùm inſtituti ſui rationem eidem aperuiſſet ac comprobaſſet, prædicandi verbum DEI vbicunque locorum facultatem & auctoritatem accepit, litteris etiam Apoſtolicis eum in vſum impetratis. *Continuator Sigeberti, & ſcriptor vitæ* S. NORBERTI. *Cap. 10.*

Ad Gelaſiũ II. in Galliã proficiſcitur

Donatur facultate prædicandi.

Gallicanâ peregrinatione peractâ, cùm Valentianas (quod opidum eſt celebre ad Scaldim fluuium in Hannonia) NORBERTVS perueniſſet, ibique populo DEI verbum Dei interpretaretur, tres eius ſo-

cij, quo-

cii, quorum duo erant laici, tertius verò Subdiaconus, qui ſe illi Aurelianis adiunxerat, piè ibidem in Domino obdormierunt. ANNO 1116.

Sed haud multò pòſt, Deo ſic ordinante, Clericus quidam piæ ac ſanctæ conuerſationis, Hugo nomine, qui in contubernio Burchardi Epiſcopi Cameracenſis agebat, relictis ſæculi pompis illi acceſſit; & ijſdem ſe pijſſimis exercitiis tradidit anno 1118. menſe Iulio. *Scriptor vitæ eius. cap. 12. & 13.* *Hugo clericus Cameracenſis ſe Norberto adiungit.*

Anno 1119. Gelaſio II. Papa IV. Kalen. Februar. Cluniaci defuncto, ſuccenturiatus eſt Calixtus II. qui concilium à Præ deceſſore ſuo indictum, menſe Octobri Remis in Gallia celebrauit. Quo quidem Norbertus nudis, pro more ſuo pedibus, cum Hugone ſocio, profectus, animi ſui propoſito cum illo communicato, facultatem litteraſque à Gelaſio II. obtentas, à Calixto auctas confirmataſque impetrauit. *Scriptor vitæ eius cap. 18. & Balduinus Niniuenſis in Chronico ſuo manuſcripto.* ANNO 1119. *Norbertus Remos ad Calixtum II. ſe confert.*

Norbertus à Calixto II. Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo ſeriò commendatus, cùm ei B. Martini Eccleſiam Epiſcopus obtuliſſet, tum propter vrbis viciniam (erat enim in ſuburbiis ſita) tum ANNO 1120.

ANNO 1120.

quod illius Eccleſiæ Clerici ſeu Canonici à propoſiti, vitæq́ue eius auſteritate abhorrent, eam reliquit, atque è varijs eiuſdem Prouinciis locis Religioni congruentibus, ſibi ab Epiſcopo oſtenſis, tandem locum, qui Pratum monſtratum, ſeu Præmonſtratum vocatur, diuinitus elegit: Eodem tamen ipſo anno, adiuuãte Bartholomæo, Epiſcopo iam dicto, ſeculari B. Martini Laudunẽſi Eccleſia à Norberto conuerſa eſt in regularem.

Premõſtratũ Norbertus eligit.

Trãſacto hyemali frigore, vir Dei more ſuo ad ſeminãdum Dei verbũ egreſſus, ſolus Cameracum venit, ibidemq́ue ſermone ad populum habito, ſemen cecidit in terram bonam, in iuuenem ſcilicet Euermodum nomine, qui mox relictis omnibus, ſecutus eſt eum, totoq; vitæ decurſu, eidem indiuiduus comes adhæſit.

Euermodus Norberto adiũgitur.

Inde Niuigellã (opidum id eſt nobiliũ Canonicarũ Virg. collegio â S. Gertrude Pipini I. Brabãtiæ Ducis filia inſtituto celebre, in Gallobrabantia ſitum, quod Niuellam hodie vocant) profectus, alterum ibi iuuenem Antonium nomine à Deo ſibi datum adſciuit. Atque hi duo quidem, cum tertio illo Hugone ſcilicet, de quo paulò ante diximus, radices ac fundamentum fuêre multitudinis paulò poſt ſecutę.

Deo

Deo itaque piis boni viri cœptis adſpirãte, factum eſt vt intra quadrageſimalis illius ieiunii tempus, ſocios in vniuerſum tredecim collegerit, ſecumque ante Paſcha Præmonſtratum adduxerit. *Continuator Sigeberti, & Scriptor vitæ eius cap 19. & 20.* ANNO 1120.

Norbertus Niuigellam concionandi gratia iterum profectus, ibidem puellam à proteruo dæmone obſeſſam SS. Miſſæ officio oblato, liberat, quò factum eſt, vt omnis eum populus tanquam virum Apoſtolicum ſuſpiceret, ac veneraretur. *Scriptor vitæ eius cap 22. Et continuator Sigeberti Qui tamen hic & alibi in ſupputationibus annorum nonnihil aberrat.*

Norbertus Niuellis dæmoniacam liberat.

Exinde Coloniam Agrippinam, ad quærendas Sanctorum reliquias Norbertus ſe contulit, cumque ieiunium ſociis ſuis indixiſſet, noctu vna ex vndecim millibus SS. Virginum B. Vrſulæ ſodalium apparens, nomen & locum, vbi corpus ſuũ iacebat, indicauit: quod inſequenti die ſolemniter eleuatum, cum aliis ſanctarum reliquiis, ad monaſterium ſuum Præmonſtratenſe Norbertus poſt tranſtulit.

Coloniæ vnius ex vndecim millibus, & S. Gereonis corpora inuenit.

Sequenti verò die ad S. Gereonem Coloniæ pernoctans, auroræ exorta in

ANNO 1120.

medio templi, vbi nullum ſepulchri ſignum apparebat, fodi iuſſit, & S. Gereonis Martyris (Maximiani Imperatoris iuſſu olim cum aliis 318. Thebææ legionis militibus, anno circiter 298. occiſi) corpus integrum, præter partem capitis, quæ ibidem à multis retro ſæculis ſeorſim honorificè adſeruabatur, inuenit. Sacrum itaq; corpus cũ ingenti totius populi lætitia de terra leuatum eſt, parſque viro Dei donata. Sicque duo vaſcula variarum ſacrarum reliquiarum, puta SS. XI. millium Virginum, SS. Martyrum Thebæorum ſecum Norbertus auexit. *Continuator Sigeberti, Thritem. in Chronico Hirſaugienſi &cæt.*

Libros tres de viſionibus ſuis &c. ſcribit.

Porrò res iſtæ apud Coloniam geſtæ, occaſionem Beato viro dederunt, vt *de viſionibus ſuis* libros tres, ſermones item *de obitu Sanctorum* ad populum plures conſcriberet, teſte Guiliemo Eiſengrenio in catalogo teſtiũ veritatis orthodoxæ Eccleſiæ Doctorum.

ANNO 1121.

Floreffienſis Abbatiæ origo.

Norberto itaque Colonia cum reliquijs ſacris Præmonſtratum feſtinanti, in via occurrit Ermenſondis, Comitiſſa Namurcenſis, Godefridi Comitis vxor, & Eccleſiam in villa ſua Floreffia, ad collocandos in ea fratres cum ampliſſima dote

obtu-

obtulit. Quam vir ſanctus acceptans, alterum reliquiarum Vaſculum Floreffiæ reliquit, quod ibidem hodieque honorificè aſſeruatur. *Scriptor vitæ eius cap. 23.*

ANNO 1121.

Libet verò paullò fuſiùs hæc explicare ex veteri tabula Eccleſiæ Floreffienſis, cuius hæc eſt inſcriptio: Anno Domini M. C. XXI. in Conuerſione S. Pauli Apoſtoli hoc monaſterium Floreffienſe Ordinis Præmonſtratenſis cœpit initium ſub Domino Venerabili Norberto, primo Patre & fundatore dicti Ordinis, obtinente ab illuſtri viro Domino Godefrido Namurcenſi Comite, locum ac fundum huius monaſterii, in quo ædificari fecit Eccleſiam paruam, quæ modò Salue vocatur, & dormitorium cum debitis officinis, in quo ordinauit Dominũ Richardũ primum Abbatem eiuſdem. Poſtmodum dicto Monaſterio in facultatibus ampliato, hæc maior Eccleſia ædificari cœpta eſt IIII. Idus Aprilis anno 1165. à Dominis Reinaldo Colonienſi Archiepiſcopo, & Alexandro Leodicenſi Epiſcopo, & Henrico Comite Namurcenſi, ſupradicti Comitis Godefridi filio, atque Alberto Regis Bohemiæ filio, ſub Domino Gerlando tertio Abbati Floreffienſi; fuitque hæc ſecunda Eccleſia Anno Domini M. CC. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNO 1121.

Idibus Nouembris conſecrata à Domino Petro Albanenſi Epiſcopo S. Rom. Eccleſiæ Cardinale, & totius imperij Legato; adiuncto ſibi Domino Iacobo Atrebatenſi Epiſcopo, in honorem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & beatæ Virginis Mariæ, S. Ioannis Euang. & omnium Sanctorum: Huiuſque Eccleſię dedicationem inſtituit idē Legatus celebrari Dominica proxima poſt feſtum B. Martini. *Hactenus ex tabula.*

Godefridus Comes Namurcenſis factus Floreſſiæ laicus.

Cæterùm Godefridus Comes Namurcenſis in Floreffienſi monaſterio à ſe condito, poſtmodum *Conuerſus*, vt loquũtur, factus eſt, quieſcitque ante aram ſummam cum vxore ſua Ermenſende, & Henrico filio, eiuſque coniuge Agnete.

Floreffienſis Abbatiæ deſcriptio.

Eſt autem Floreffienſis Abbatia, ſecundo ferè à Namurco milliari, ad Sabim fluuium ſita, cùm honore tum antiquitate inter Pręmonſtratenſes Abbatias Belgicas (quę numero ferè triginta ſunt) prima, atque inter vniuerſi ordinis cæteras tertia. Eſt enim Abbas Floreffiēſis inter vniuerſi ordinis patres Abbates, vt vocant, tertius: Eius autem dignitatis quatuor ſunt, Pręmonſtratēſis, Laudunēſis, Floreffiēſis, Cuiſſiacenſis. Atque hi quidem tres poſteriores, ſede Præmonſtrate vacante, nouum Præfectum generalem eligere ſolēt,

item

itemque Eccleſiam in Pręmonſtrato fundatam, annuatim viſitare: vt habent ſtatuta ordinis (de quibus ſupra in præfatione diximus) diſt. 4. cap. 10. Et diploma Alexandri III. Pont. Maximi infrà citandum. Hodie tamen Reges Galliæ non patiuntur ſui regni Monaſteria à Prælatis Belgicis viſitari. Solet verò Abbas Floreffienſis in Belgio ferè conſtitui Vicarius Generalis, quod in eodem ſolus ſit Pater Abbas. Habet idem Abbas Floreffienſis ſub ſe alios Abbates quinque, quibus ipſe ſpecialiter, vt Pater Abbas præeſt, quoſque ad Abbatialẽ dignitatem electos, ſua confirmat auctoritate. Sunt aũt hi, Helleſſimenſis in Brabãtia, Belli Reditus in vrbe Leodienſi, Leffilienſis apud Dionãtũ, Romerſdorpienſis in diœceſi Colon. & Septem-Fontiũ in Remẽſi, Abbates. Sunt. n. Eccleſiæ iſtæ ex Floreffia, velut filię quędã prognatæ, vti & Abbatia S. Abacuc, quę olim in Syria floruit. Habet inſuper Floreffia ſibi annexas domos tres celeberrimas, quę minora q̃dã Monſteria iure dixeris: q̃bus Abbas Floreffienſis magiſtros ſeu *Prouiſores*, vt vocant, præficere ſolet, miſſis eodẽ aliquot è ſuo corpore Religioſis. Tenẽtur aũt dicti *Prouiſores* Abbati Floref. accepto rũ expoſitorũq; quotãnis reddere rationẽ.

ANNO 1121.

ANNO 1121.

Domus illæ tres ſunt, Poſtula in Campania, Brabantica, Harlaymunda in Hannonia, & Vanzia in agro Leodicenſi. Adhæc præter Parochias ſex, quibus ferè ſeculares ſacerdotes Abbas Floreſſienſis præficere ſolet, ſunt aliæ viginti, quas Religioſi Floreſſienſes adminiſtrant. Sunt & Floreſſiæ reliquiæ Sanctorum plurimæ, imprimis in vaſculo quodam ſeu feretro, quod S. Norbertus Colonia Floreſſiam attulit, ſunt plurimæ reliquiæ SS. XI. millium Virginum, SS. Martyrum Thebæorum, SS. Eualdorum Fratrum Martyrum, &c. Item attulit eodem S. Norbertus brachium S. Gereonis, quod thecæ auro obductæ decenter incluſum eſt. De S. Crucis Dominicæ parte infrà porrò dicemus.

Norbertus Floreſſia Præmonſtratum cum altero ſacrarum reliquiarum vaſculo, nouitiis Fratribus, partim Clericis, partim Laicis, circiter 30. comitatibus reuerſus; cùm 40. circiter Clericos in vniuerſum, & laicos plurimos iam collegiſſet, variis vitæ generibus diligenter excuſſis, iuxta Apoſtolicam demum inſtitutionem, & Canonicam B. Auguſtini regulam eos votum profeſſionis emittere docuit, atque ad voluntariam paupertatem,

Norbertus ſuis regulã S. Aug. præſcribit.

promptam obedientiam, cæteraſque mi- litiæ ſpiritalis arma eoſdem ſedulò efformauit.

Milo Vir ſanctiſſimus anno 1121. creatur Abbas monaſterii *S. Iudoci in Nemore*, quo in loco Præmonſtratenſe inſtitutum florere cœperat anno 1120. vt habent eiuſdem cœnobii monumenta. Vocatur autem hodie monaſterium hoc, *Domini Martini Abbatia* apud Heſdinium opidum in finibus Arteſiæ ſita: cui hodie laudatiſſimè præeſt *Michael Ghierius*, Truncinio, ad eam præfecturam euocatus: cuius nos laboribus in hoc chronico adornando non mediocriter adiuti ſumus. A quo & S. Falini Regis & Martyris, eiuſque filię S. Aldegundis Virginis vitam ſeu res geſtas exſpectamus.

Cæterum ex hoc *Nemorenſi* S. Iudoci Monaſterio alia nouem ſuam traxère originem: quæ eius ideò filiæ appellantur: videlicet Marcedium Radulphi, Cęnobium Ambianenſe, Selincurtis S. Andreę, Seriacum, Blancalandia, S. Iuſti, Lucerna & Faeſia: de quibus ſingulis ſuo infra loco dicemus. Adhæc teſtantur archiua Dom. martinenſia, habuiſſe olim hoc monaſterium Prioratus decem ſibi ſubiectos. Erant autem Prioratus velut Coloniæ

ANNO 1121.

Milo fit Abbas S. Iudoci in nemore.

Ex Nemorenſi monaſteria alia [illegible] ſuper nouem originẽ traxère.

ANNO 1122.
Godefridus Comes Cappenbergenſis ſe Norberto adiungit vna cum Ottone fratre ſuo.
Cappēbergēſe Varlariēſe & Eleſtatēſe in Weſtphalia exſtruūtur.

quædam minores, in quibus tres quatuorue Religioſi agebant.

Norberto ad Rhenanum tractum profecto, cùm longè lateque ſanctitatis eius fama iam peruagaretur, *Godefridus Cappēbergenſis* in VVeſtphalia Comes ad eū venit, prædiaque ſua vniuerſa diuino cultui per eundem mancipāda obtulit. Caſtrum itaque Cappenbergenſe anno, vt arbitror, 1122. in Monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis à Norberto conuertitur, aliaque duo Monaſteria Varlarenſe, & Eleſtatenſe in Godefridi prædiis conſtruuntur: Ipſe verò Godefridus vxore conſentiente (quæ & ipſa ſacrum velamē poſt ſuſcepit) idem vitæ monaſticæ genus vna cum Ottone fratre ſuo germano, rarò ſanè atque inuſitato in Deum pietatis exemplo, amplexus, multis virtutum documentis ſuos inter claruit. Vt in hiſtoria vitæ eius, à Surio tom. 7. edita teſtantur fratres Cappenbergenſes. Cæterum plura de Cappenberga, & monaſteriis, ceu filiabus ex ſe ortis. vide infrà anno 1157.

Theobaldus Comes Franeus Godefrid: Comitis exemplo mouetur.

Huius Godefridi nobiliſſimi Comitis exemplo compunctus poſtea *Theobaldus* Comes Franeus, prædia ſua pariter vniuerſa *Norberto* in Franciam venienti ad vſus pios obtulit. Sed iuſtis de cauſis, cùm

matrimonium illi vir pius ſuaſiſſet coniugem illi procurauit filiam Engelberti cuiuſdam Marchionis Germanici, cui id temporis frater erat Epiſcopus Ratisbonenſis. *Continuator Sigeberti, Scriptor vitæ Sancti Norberti cap. 28. 29. 32. & ſequentibus.* ANNO 1122.

Fuit autem Comes iſte *Theobaldus* admodum potens, atque à Rege Galliarum ferè ſecundus, vtque erat erga religioſos viros ac pauperes admodum liberalis ac munificus, duos perpetuò Canonicos ordinis Præmonſt. domi ſuæ aluit, quos eleemoſynis pauperumque curationibus ſua in ditione præeſſe voluit. De his & aliis eius virtutibus plura qui volet, *legat hiſtoriam vitæ S. Bernardi l. 2. cap. 5. & 8. Et l. 4. cap. 3.*

Monaſterium Marchadianum, quod vulgò *Marchadium* ſeu Marchaſius Radulphi dicitur, apud Normannos in diœceſi Rothomagenſi anno 1122. fundatur; Religioſis aliquot ex Nemorenſi S. Iudoci monaſterio â Milone Abbate, velut in Coloniam eò miſſis. *Marchadiū Radulphi.*

Anno 1124. Norbertus Antuerpiæ in Baſilica Beati Michaelis Archangeli, ſui inſtituti Fratres collocauit; cùm ali- ANNO 1124. *Abbatia S. Michaelis Antuerpiæ.*

quam

ANNO 1124.

quamdiu antea in Sacramentaria & Adamitica Tanchelini hæreſi profliganda laboraſſet. Cuius quidem rei geſtæ ſeries iure mihi paulò altiùs repetenda eſt.

Antuerpiæ (quod opidum amplum & populoſum iam tum erat ad Scaldim fluuium) cùm ſacerdos vnicus curam vniuerſi populi gereret, neque paſtorali ſuæ curæ præ ſubditorum multitudine par eſſet, & vitæ etiam improbitate, (nepti enim ſua in tertia linea ſceleratè abutebatur) ſuis offenſioni eſſet ac ſcandalo; Hæreſiarcha quidam mirè verſutus *Tanchelinus* nomine anno 1112. ſe extulit, & populum ſeducendi occaſionem arripuit. Erat autem Tanchelinus vir laicus, multis tamẽ doctis, etiam clericis, loquendo & diſputando promptior, atque, vt videbatur, acutior; ſed homo omniũ ſceleratiſſimus, Dei & Sacramentorum Eccleſiæ, adeoq́ue religionis Chriſtianæ iuratus hoſtis, adeò vt Epiſcopalem & Sacerdotalem dignitatem nihil eſſe duceret, & SS. corporis & ſanguinis Domini Sacramentum ad ſalutem prodeſſe negaret. Pretioſo apparatu, ac veſtibus inauratis ſplendebat, triplici funiculo crinibus intortis, & auri Phrygij ligamine triplicatis, verbiſq́ue

Tanchelinus hæreſiarcha Antuerpianos ſeducit.

Praua eius opiniones.

per-

perſuaſibilibus,& conuiuiorum apparati bus multos in ſententiam ſuam pertrahebat. Sequebantur eum tria armatorũ millia,quorum opera in ſibi reſiſtentes cædibus & ferro ſæuiebat. ANNO 1124.

Adhærebant ei quamplurimi, eoque dementiæ erant prolapſi, vt tanquam virum ſanctum & à Deo miſſum reuererentur,& aquam etiam,qua corpus abluiſſet. inſtar reliquiarum aſportarent ac bibe rent.Erat autem tantæ incontinentiæ atq; impuritatis, vt filias in parentum præſen tia,ſponſasque maritis intuentibus violaret: quæ quidem nefanda ſcelera, opera ſpiritualia appellabat.

Porrò Tanchelino hæreſiarcha anno 1115.è viuis ſublato,cùm hæreſis ab eo excitata adhuc ſerperet, nec eam Clerici duodecim,à Cameracenſi Epiſcopo Antuerpiæ in Baſilica S. Michaelis collocati, exſtirpare poſſent, charitate ſuadente & neceſſitate cogente,Norbertum,qui tum doctrina & morũ ſanctitate florebat, dicti Clerici euocarunt eidẽq; cum Sodalibus ſuis ſtrenuè aduerſus hæreſes pugnanti,Eccleſiam ſuam per manus Burchardi Epiſcopi Cameracenſis,poſtmodum cum parte agrorum ac redituum, ceſſerunt. Cuius quidem ceſſionis ſeu donationis

ANNO 1124.

Exemplar ceſſionis Eccleſiæ S. Michaelis Antuerpienſis, de quo vide & Baroniũ in annalib. tom. 12.

exemplar hic augẽdę fidei viſum fuit ſubiungere.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Hildolphus Præpoſitus S. Michaelis in Antuerpia, tam futuris, quàm præſentibus in perpetuum. Qualiter præfata Eccleſia noſtra ad vſus Canonicorũ Præmonſtratenſis Ordinis tranſierit, & qua de cauſa aſſenſus Capituli noſtri eis datus fuerit, præſentis ſcripti atteſtatione notificamus. Cùm in diebus noſtris quidã Tanchelinus nomine in partibus noſtris adueniſſet, & venenoſo ſermone à fide, & à Sacramentis Eccleſiæ, plurimos auertiſſet: hac de cauſa, vt illa hæreſis, quæ prouinciam noſtram occupauerat, funditus extingueretur, conſilio Domini Burchardi Epiſcopi, & totius populi, & aſſẽſu Capituli noſtri Dñm Norbert. virum noſtris tẽporibus ſpectabilis religionis, accerſiri curauimꝰ, eiq; ac ſuis fratribus, Regulã B. Aug. ſeruãtib. ſuãq; inſtitutionẽ exequentib. ſupradictã Eccleſiã cũ capellis in eius cœmiterio fundatis, & trib. curtilib. & iugero terræ eidẽ cœmeterio adiacẽtib. cũ 4. Prębẽdis per manus memorati Epiſcopi tradidimus, circũſpectione vigiles, digneq; perpendentes, ꝙ eorum ſaginaremur orationib. & bonis ſpiritualibus ſi eos ſu-

tentaremus beneficijs temporalibus, Nos erò prius numero duodecim, numerum oſtrum in octo terminauimus Præben is, & cum his & Præpoſituræ noſtræ in egritatem ad Eccleſiam B. Mariæ in eadē illa trāſtulimus. Cæteras verò 4. Præbē las, per omnia eis conſimiliter partici antes proprio noſtro arbitrio dedimus. Excepto quod allodia & mancipia, quæ ſque ad hæc tempora Eccleſia illa poſſe- erat, in noſtros ſingulariter vſus ſegre- auimus. Baptiſmus verò celeberrimi emporis, videlicet Paſchę, & Pentecoſtes, Eccleſia illa obſeruabitur; reliquo au- em tempore Parochianus noſter bapti andis prouidebit. Infirmos autem viſi- are, & communicare, oleoq́ue inūgere, onfeſſiones audire, mortuos ſepelire, o- nibus hæc ab eis quærētibus liberè con edimus. Vt aūt tam præclaræ beneficen æ fœdus inuiolatū & inter nos & ipſos mper permaneat hoc definitum eſt, vt uodcunq; munus infirmus & moriēs Pa- chianus, ſiue in terra, ſiue in alia ſubſtā- a cuiuſuis Eccleſiæ aliq̄d obtulerit, aut o ſe offerri inſtituerit, ꝑ mediū diuida r. ꝙ verò alienꝰ ſanꝰ, vel infirmꝰ, aut Pa- chianus incolumis dederit, Eccleſia, cui oc datū fuerit, abſq; partitione poſſideat.

Ipſæ

ANNO 1124.

ANNO 1124.

Ipſæ verò Eccleſiæ ſedulas in inuicem iuges ſibi debebunt fraternæ charitatis orationes, in omnibus neceſſitatibus ſeſe ſupportantes. Pro commemoratione verò ſuæ libertatis vtraque Eccleſia perſoluet Cameracenſi Præſuli aureum nummum Antuerpienſis monetæ, & ponderis, ſingulis annis in feſto S. Lucæ. Vt autem hæc rata & inconuulſa permaneant, ſigilli noſtri impreſſione, & teſtium ſubſcriptione, qui interfuerint, & hoc donum dederint annotari curauimus. Ego Hildolphus, Præpoſitus S. Mariæ, Anſelmus Canonicus, Bernardus Canonicus, Giſelbertus Boreas, Raduandus Canonicus, Ouo Canonicus, Raduandus, ſcriptor, Rogerius Canonicus, Hildeuuinus Parochianus. Actum autem eſt hoc anno verbi incarnati 1124. Indictione ſecunda. Epacta tertia.

Norbertus Antuerpiẽſes ab hereſi ad veritatem reducit.

Suſcepta itaque Eccleſia Norbertus, pius ac deſertus admodum Eccleſiaſtes, cùm per ſe, tùm per ſodales ſuos Antuerpienſis vrbis incolas ab erroribus ad viam veritatis, recteque vitæ rationem paullatim reduxit; factumque vt ipſo concionante compuncti viri & mulieres, ſacrum corpus Dominicum, quod in ciſtulis ac foraminibus decem amplius annos præ

contem-

contemptu atque incredulitate adſerua- ANNO
uerant, pœnitentia moti, ad ipſum refer- 1124.
rent, atque ad Catholicam vnionem re-
uerterentur. Ex quibus liquidò patet,
Antuerpienſes Chriſtianæ religionis à S S.
Eligio & V Villibrordo acceptæ, inſtaura-
tionem, B. Norberto in primis debere.

Clerici verò ſiue Canonici cum Præ-
poſito & reliquis reditibus ad ædem B.
Mariæ Virginis eadem in vrbe ſitam, ſeſe
tranſtulerunt: quam hodieque obtinent,
eſtque auguſtiſſima nunc Cathedralis Ec-
cleſia Antuerpienſis. *Continuator Sigeberti, ſcriptor vitæ S. Norberti. cap. 36. Trithemius loco citato. Ioannes Goropius in orig. Antuerp. et monumenta Eccleſiæ vrbiſquè Antuerpienſis.*

Cæterùm de *Tanchelino*, quem alii *Tanchelmum* nonnulli *Tandemum* nominant,
ſic legitur in Archiuis Vrbis Louanienſis,
Ioanne Molano teſte lib. de Militia ſacra
Ducum Brab. ca. 55. Anno 1115. *Godefridus Lotharingiæ Dux & Comes Louanienſis expulit ex ſuis terris Tanchelinum hæreticum, qui multo tempore regnauerat apud Antuerpiam et Louanium.*

Ioannes Goropius libro citato, ait eum
Antuerpiæ annos ferè decem verſatum;
alij addunt & Flandriam itemq; V Vala-

mo loco ad Scaldim fluuium ſita, hodieq; admodum floret, ſolita Belgarum Principibus, quoties Antuerpiã excurrunt, gratum præbere hoſpitium. Sunt aũt ex ea vt filiæ, prognatæ Abbatiæ viriles tres, *Middelburgenſis, Auerbodienſis. Tungerloenſis*, itemque monaſterium vnum Virginum, *Vallis dulcis* nuncupatum in Valachria, Zelandiæ inſula olim ſitum, cuius loci Moniales ab Hæreticis pulſæ, Antuerpiæ hodie degunt.

ANNO 1124.

Quanam Monaſteria ex Abbatia S. Michaelis Antuerp. prognata

Libet hoc loco & originem Leodicenſis Monaſterii, q *Belli-Reditus* nomen induit, commemorare. Fuit aũt hoc Monaſterium primò ſitum in monte Cornelio, vnde & montis Cornelij cognomento innotuit. Cæterùm loci eius monumenta teſtantur Obertum Leodicenſem Epiſcopũ an. 1116. in dicto monte Oratorium in honorem XII. Apoſt. dedicaſſe & dotaſſe; q poſt Albero Leodicenſis item Epiſcopus anno 1124. in libertate, qua ſub ſola manu Epiſcopali ab initio inſtitutionis erat, dato diplomate confirmauit. Sunt aũt Præmonſt. Floreſſia ad hoc Monaſteriũ Cornelianum euocati, ſub eodẽ Alberone Prçſule. Cũ verò mons Cornelij à Prædonib. malis hominib. infeſtaretur, tranſlatum poſtea Monaſterium ad locũ, qui *Bellus*

Belli-Reditus monaſterium in vrbe Leodicenſi.

ANNO 1124.

Reditus, vulgò *Beaurepiat* in vrbe Leodienſi nuncupatur. Primus Abbas Montis Cornelii fuit Lucas, vir egregiè doctus, qui teſte Trithemio & Sixto Senenſi, ſcripſit in Cantica Canticorum ad Milonem Taruacenſem Epiſcopum: Itemque ſermões & epiſtolas plures. floruitq; anno 1130. Errat tamen Trithemius (quem temerè ſecutus eſt Sixtus Senenſis) dum ſuis eum Benedictinis adſcribit.

Norbertus ad Honoriū II. Romam proficiſcitur

B. Norbertus ad Honorium II. Papam, Calixti ſucceſſorem, Romam profectus, ab eodem honorificè ſuſceptus inſtituti ſeu ordinis ſui approbationem impetrauit. Diplomatis Pontificii id temporis, aut paulò poſt dati exemplar hic addam:

HONORIVS *Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, dilectis filijs Norberto Fratri in Chronico & Canonicis Præmonſtratenſis Eccleſiæ S. Mariæ, eorumq́; Succeſſoribus regularem vitam profeſſis in perpetuum.*

Inſtitutum Præmōſtratenſe ab Honorio II. confirmatur.

Apoſtolicæ diſciplinæ ſectantes veſtigia, mundanis quidem pompis & poſſeßionibus abrenuntiant, & Domino totis anniſibus famulantur: Iſti ergo ſi bonum, quod inceperint, conſummauerint, in extremo examine Iudicis ſtolam immortalitatis & perpetuam gloriam ſunt adepturi Quia igitur vos religiosè viuere & Canonicam vitā ſecundum B. Auguſtini in-

inſtitutionē ducere, inſpirante ſuperna gratia, ANNO 1124.
decreuiſtis, propoſitum veſtrum ſedis Apoſtoli
cæ auctoritate firmamus, & vos firmos ad re-
miſsionem peccatorum veſtrorum in eo perſi-
ſtere exhortamur. Statuimus itaque vt in Ec
cleſiis, in quibus fratres vitam Canonicam de-
gunt, nulli hominum omninò liceat ſecundum
B. Auguſtini regulam, ibidem conſtitutum or-
dinem mutare. Nullus etiam Epiſcoporum fu
turis temporibus audeat eiuſdem religionis
fratres de Eccleſiis veſtris expellere, nec pro-
feſsionis Canonicæ quiſpiam ex eiſdem Eccle-
ſiis aut clauſtris audeat ſine communi congre-
gationis permiſsione diſcedere: diſcedentem
verò nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nul-
lus Monachorum ſine communium literarum
cautione ſuſcipere. Bona etiam & poſſeſsiones,
quas iuſtè & legitimè poſsidetis præſentis ſcri-
pti noſtri pagina confirmamus. Quæcunque
præterea in futurum conceſsione Pontificum,
liberalitate Regum vel Principum, vel alÿs iu
ſtis modis canonicè poteritis adipiſci firma vo-
bis veſtriſq; ſucceſſoribus in ſancto religionis
propoſito permanſuris & illibata ſeruentur.
Decreuimus ergo, vt nulli omninò hominum
liceat eaſdem Eccleſias temerè perturbare, aut
earum poſſeſsiones auferre, vel ablatas retine-
re, minuere, vel temerarÿs fatigationibus ve-
xare: ſed omnia integra ſeruentur, regularium

ANNO 1125.

fratrum & pauperum vſibus profutura: Salua diœceſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularíſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisq́; ſui dignitate careat, reamq́; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſsimo Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cũctis aũt eiſdem Eccleſiis iura ſeruantib. ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic & fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

B. Norbertus dum Romæ verſatur, Magdeburgenſis vrbis in Germania admodum celebris (græcè *Partenopolim* vocant) futurum ſe aliquando Epiſcopum diuinitus cognoſcit.

Norbertus Herbipoli cæcæ mulieri viſum reſtituit.

Ex vrbe itaque in Germaniam reuerſus, cùm Herbipoli in feſto Paſchæ, ſacrũ Miſſę officium in ſumma populi frequentia celebraret; cœca mulier, ipſo poſt ſumpta SS. myſteria in oculos eius ſufflante, viſum recuperat. Quo factum, vt ditiſſimi quidam compuncti, ſe & ſua Deo offerrét,

traderentq́;, & Eccleſiam ibidem ſuis impenſis exædificatam, diuino cultui per manus Norberti manciparent. *Scriptor vitæ eius ca. 34.* Sunt qui putant monaſterium, quod *Cella Dei* nuncupatur, id temporis à Norberto fundatum eſſe: Bruſchius tamẽ id refert ad annum Chriſti 1128. vt ibidẽ dicemus.

ANNO 1125.

Cella Dei à quo fundata.

Herbipoli Præmõſtratũ ad ſuos rediẽs, in Eccleſia B. Martini Laudunenſi in ſuburbio ſita, quendam è ſodalium ſuorum numero, Gualterum ſeu VValterum nomine, Abbatem primũ conſtituit, & conſecrandũ curauit. Cuius induſtria Deo adiuuante, eadẽ Eccleſia, tã in temporalib. q̃ ſpiritualibus breui adeò creuit, famam vt pietatis ac propagines ſanctæ plantationis in Brabantiã, Flandriã, Hannoniam, Burgundiã, Vaſconiã, Hiſpaniam, Angliã, Gothiam, VVeſtphaliam, aliaſq́; diſſitas regiones fœcũdiſſimè paulò poſt extẽderit.

Walterus fit Abbas Laudunenſis à S. Norberto.

Eodẽ anno in Viuarienſi Eccleſia apud Sueſſiones in Gallia quendã è ſuis fratribus Abbatẽ ordinandũ curauit, vbi cũ ad ingreſsũ fratrũ, quo illos odioſos apud populũ redderet, malignus ſpiritus virũ quẽdã inuaſiſſet, à viro Dei dęmõ expulſus eſt *Cõtinuator Sigeb & Scriptor vitæ ei⁹, c. 34. 35.*

Viuarienſis Abbatia apud Sueſſiones in Gallia.

Patet autem ex ſupradictis, falsò quoſ-

ANNO 1125.

Abbatis titulus eſt vetus apud Norbertinos.
Vide infra an. 1130.

dam opinari, Norbertinam familiam initiò non Abbates, ſed Præpoſitos habuiſſe Superiores. Nam, vt de Laudunenſi & & Viuarienſi Abbatibus, à Norberto inſtitutis, nihil dicam, certò conſtat ex ipſis moneſteriorum monumentis; in Eccleſijs Belgicis vt Antuerpiana ad D. Michaelis, in Parcenſi apud Louanienſes, & aliis Abbates iam inde ab initio fuiſſe præfectos ac nuncupatos. Quanquam inficias non eo, Abbates iſtos baculum vt vocãt, ſeu pedum paſtorale ab initio quidem geſtaſſe, multis tamen demum poſt ſeculis, annulo, mitra, ſeu infula (quæ olim proprium Pontificiæ ſeu Epiſcopalis dignitatis inſigne fuit) vtendi ius pleroſque, idque diuerſis temporibus à ſede Apoſtolica ſibi impetraſſe ſuis infrà locis docebitur. Fateor idem, in quibuſdam ac præſertim Germanicis monaſteriis B. Norbertũ Præpoſitos conſtituiſſe Superiores: quò fit, vt hodieque Præfecti monaſteriorum VVeſtphaliæ, & Cappenbergæ, Clarholti, & Scheidæ & aliorum fortaſsè alibi, non Abbates, ſed Præpoſiti (quod nomen maioris habetur modeſtiæ ſeu humilitatis) nuncupentur.

Præpoſiti, vnde vocẽtur.
Vide infra an. 1157.

Vrſpergenſis Abbatia.

Vrſpergum illuſtre ac magnificum cęnobium ad Mindulam fluuium in Augu-

gusta-

guſtana diœceſi, medio ferè itinere Auguſtam Vindelicorum inter & Vlmam Sueuorum, anno 1125. fundatur atque exſtruitur à VVernero Comite à Schaubeck & Balttzauſen. *Caſpar Bruſchius in Chronologia monaſteriorum Germaniæ: vnde & huius loci Abbatum ſeriem recenſet.* ANNO 1125.

Viſconienſe, ſeu Viconienſe monaſterium milliari vno à Valentianis, Hannoniæ vrbe, loco amœniſſimo, ſiluas inter fontiumque ſcaturigines ſitum, fundatur anno 1125. Agebat hoc in loco vitam ſolitariam *Guido*, vir genere nobilis, patria Britannus, qui, vt erat ſacerdos, accolas ſacris exhortationibus frequenter informabat. Cumque per id tempus *VValterus* Abbas Laudunẽſis, Duacenis ſacras literas cõcionãdo interpretaretur, facta eius loci mentione, multos in illius amorẽ ꝓtraxit.

Viconia apud Valentianas Hannoniæ vrbẽ.

Guido heremita.

Itaque multis eôdem diuitiis ac virtutibus claris viris concurrentibus, *Robertus* Atrebatenſis Epiſcopus indulſit, vt ſtatuta rituſque Præmonſtratenſis Ordinis omnes amplecterentur. Mox ædificiis locus augeri cœptus, dedicataque eſt Baſilica in honorem Deiparæ VIII. Kal. Oct. anno 1139. ab Aluiſo Epiſcopo Atrebatenſi. Allatæ ſunt ſunt eôdẽ Colonia Agrippina reliquiæ variæ SS. Virginum & Mar-

ANNO 1125.

tyrum D. Vrſulæ Sodalium, eſtque ibidē celebris hodie memoria S. Blaſii Martyris. *Hæc ferè Ioannes Lesbabæus in Topographia Hannoniæ. Itemq; annales Viconienſes.*

Hodiernus Viconienſis Abbatiæ ſtatus.

Eſt aũt hodie Viconienſis Abbatia, elegãti ædificiorum apparatu quàm maximè ſpectabilis, periſtyliis item, porticibus, turribus fontibus, aliiſque ad ornatum vſumque pertinentibus adeò eleganter inſtructa, vt poſt *Eſcuriacum*, à Philippo II. Hiſpaniarum Rege, in honorem D. Laurẽtij Martyris noſtro æuo in Hiſpaniis exſtructũ, ſi architecturæ leges ac præcepta ſpectes, vniuerſa inter orbis Chriſtiani Monaſteria, exterorum etiam iudicio Viconia ferè palmam obtineat. Iure igitur quis hoc illi elogium ſiue ſymbolum attribuat. *Viconia vincit omnia.*

Viconia vinct omnia.

Abbatia S. Foillani iuxta Rhodium.

His ferè temporibus inſignis Abbatia S. *Foillani* vulgò dicta, quòd eò loci S. Foillanus SS. Furſei & Vltani frater (de quib. Venerab. Beda libr. 3. cap. 19.) Martyrio coronatus ſit, fũdari cœpta, & à *Burchardo* Epiſcòpo Cameracenſi donata parochiis aliquot, ſeu pagorum aris.

Quo verò præciſè anno S. Foillani Monaſterium ſit fundatũ, quando item Præmonſtratanis traditum, Manuſcriptus Hannoniæ Chronographus fatetur repe-

rire

riré ſeſe non potuiſſe; legiſſe tamen ſeſe ait in dicti loci Baſilica Burchardi Epiſcopi diploma iſtiuſmodi. ANNO 1126.

Burchardus promiſſione diuina humilis Epiſcopus Cameracenſis, donat ad augmentum cultus diuini in ſacello de Senopheſito, in loco Martyrij S. Foillani, altaria de Strepij, Sereſſle, Eſpinon, Mignan de Crois, VVarlers, Derkenne, & Trunere, vt ex ijs viuere poßint fratres, è Foſſenſi Eccleſia ſumpti. Et ſi contingat locum hunc ad Abbatialem dignitatem euehi, volo vt Abbas canonicè electus, paſtorale pedum deferat, ad Capitulum Eccleſiæ Foſſenſis; & ſoluant quotannis eidem Capitulo denarium aureum vnum, aut denarios argenteos XII. Datum in Senophe anno milleſimo centeſimo vigeſimo quinto. Quæ quidem omnia Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo confirmauit.

Cæterùm adiacet hæc Abbatia muris Rhodii, vulgò *Reulz*, quod exiguum eſt Hannoniæ oppidum, Comitatus titulo à Carolo V. Imp. in gratiam Hadriani Croii, eius tum loci Toparchæ, donatum in Parochia Epiſcopi Cameracenſis, vt B. Bern. Epiſt. ducenteſima quinquageſima ſecunda loquitur, *Leſſabæus in Topographia Hannoniæ.*

Rogen-

ANNO 1126.

Rogenburgum in Sueuia.

Rogenburgum celebre apud Sueuos Cœnobium, ſecundo milliari ab Vlma Sueuiæ metropoli, dimidio à VVeiſen borna, Fuggerorum opido, cœptum eſt ædificari hoc pariter anno à *Bertholdo, Sifredo.* & *Conrado*, germanis fratribus, Comitibus à Bibregk. Itemq; à *Demutha*, Bertholdi coniuge, Zolernenſi Comitiſſa. *Bruſchius libro citato. Et Seruatius Laruelz qui tamen ad annum 1130. fundationem eam refert.*

Eſt autem monaſterium hoc monti editiori impoſitum, fontium ſcaturigine ſpectabile, olim *Biberegk* (Gallis *Bienure*) ab Amnali, quod in cœnobii inſignibus ponitur, ſic dictum.

Ambianenſe S. Ioannis Monaſteriũ ad muros Ambianen.

Eodem item anno fundatum eſt monaſterium Ioannis Baptiſtæ ad muros vrbis Ambianenſis in Picardia, fratribus ex monaſterio *S. Iudoci in Nemore* à Milone Abbate emiſſis. Quod quidem monaſterium per belli tumultus anno 1350. eſt exuſtum.

S. Mariæ in nemore prope Muſſipõtum.

Cœpit & hoc anno primordium cęnobiũ ſanctæ MARIAE in nemore, religionis monaſticæ obſeruantia, originis antiquitate, & Academiæ Muſſipõtanæ proximitate venerãdum. In eo etiamnũ viſitur Eccleſia ab ipſo Abbate B. Simeone S.

Nor-

Norberti Comite, in honorem Stephani protomartyris, circa annum 1126 exſtructum. Habet & ſeminarium in dicta Academia, in quo non ſolùm religioſos ſuos, ſed & quoſcunque Ordinis profeſſores, annuam penſionem perſoluentes ita fouet, vt non minorem in diſciplina progreſſum, quàm in literis faciant. Adſeruatur in eodem caput S. *Firmini*, Epiſcopi Ambianenſis & martyris, miraculis clarum. Hæc ferè *Seruatius Lairuelius in indice Cænobiorum Ordinis Pramonſt.*

ANNO 1126.

Origo ac progreſſus celeberrimæ Steinfeldienſis Abbatiæ in Eifflia ſita.

Dedêre & hæc tempora initium celiberrimo monaſterio *Stinueldenſi*, in diœceſi Colonienſi ſito, cuius originem ac progreſſum eò libentius hic inſerere placet, idq; ex literis R. D. *Balthazaris* Panhauſen, Oppoterani, Abbatis Steinueldenſis ad R. P. Iacobum Mollanum, Dominicanum Antuerpienſ. ſtudiorum noſtrorum ſocium datis, quod in iis & alia multa ſint ſcitu digniſſima. Sub I. Hérico Imperatore in Colonienſi diſtricta Vir quidam fuit illuſtris ac generoſus, *Sibodo* ab Hochſteden dictus, Comes de *Are*, potens & multorum caſtrorum ditionumque poſſeſſor & Dominus, deuotionis pietatiſque perquam ſtudioſus. Hic (vt illuſtrium ac nobilium mos eſt) cum vena-

Sibodo ab Hochſteden Comes de Are.

ANNO 1126.

tionibus in his remotioribus Comitatus ſui partibus nimium ſe aliquando oblectaret, ne hoc corporali exercitio, ſpiritûs feruor deperiret, deuotionis zelo accenſus, oratorium conſtruere inſtituit: quo & ipſum interiorem hominem ſuum orádo pieque meditando ſubinde nonnihil occuparet ac reficeret. Loco igitur ad hoc in famoſa, ac multorum ſcriptis celebrata Arduennæ ſilua delecto, ſterili quamuis in gleba & ſolo ſaxoſo (vnde & nomen *Steinueldt* ſortitum eſt) tamen orationi & Religioſorum ſeceſſibus apto, domum in nomine Domini ædificare cæpit, & diuino aſpirante numine, feliciter ædificio proſperante, breui in monaſterii formam redegit. Quod deinde, cùm pro pio eius voto per *Sifridum* Archiepiſcopum Colonienſem, in Dei eiuſque Genitricis ac Diuorum Apoſtolorum Petri ac Pauli honorem conſecratum eſſet, congregationem Sanctimonialium Virginum, quæ ſub regulari diſciplina D. Benedicti ibidem Deo militarent, illuc conſtituit. Et quo nouellum hoc ſuum collegium decoratum magis & exornatum redderet, adito Archiepiſcopo Treuirenſi, religioſa liberalitate & fauore ab eo reliquias & corpora ſanctorum Marty-

Nominis originatio à ſolo ſaxoſo.

Cui dedicatum.

Primitus fuit Monialium Monaſterium Ordinis S. Benedicti.

rum

rum *Potentini, Felicij*, & *Simplicij*, qui ante multos annos martyrio coronati, in Cardenenſi Eccleſia apud Moſellam, in honore & veneratione habebantur, obtinuit, & ad Steinueldenſe ſuum Monaſterium tráſtulit. Atque exinde accedente ad ſacras has reliquias piorum hominum deuotione & peregrinatione idipſum monaſterium paulatim illuſtrius redditum eſt. ANNO 1126.

Hic autem Sanctus Potentinus huius loci Patronus, filius fuit Ducis Aquitaniæ, qui inuitis Parentibus Chriſtiana religione ſuſcepta, ad Dioconatus ordinem promotus, ob ardorem fidei, bonæ eius famæ odorem, poſtulatus eſt à VVeſtphalis in paſtorem, vt vrbi præeſſet Monaſterienſi. Quem in itinere conſtitutum, conſectatus patruus, tandem inuentum cum Caſtrina & duobus his nūtiis impiè trucidauit. Horum autem ſacræ reliquiæ, ſicut memoratum eſt, ad hunc locum translatæ, in hunc vſque diem debita veneratione aſſeruātur, & pia deuotione frequentātur, ſanctis illorum precibus nos iugiter commendantes. Sanctimoniales aūt memoratæ, cùm iam laxius viuere cæpiſſent, illis, cùm iam annis 177. eo in loco perſtitiſſent, ob negligentiam amotis, Canonici regulares ex Springeirbacenſi Monaſte-

B. Potentini progenies, de quo Frācorum annales conſulendi.

Cedit Canonicis Regularibus.

ANNO 1126.

naſterio, Treuirenſis diœceſis earum in locum ſubſtituti ſunt, qui ibidem per annos 23. ſub vſitato Canonicorum Regularium habitu, Dño Deo ſeruierunt. Cùm autem ſub annum 1120. Ordo Præmonſtratenſis D. Norberto Autore initium cœpiſſet, radices ageret, & mirum in modum ſeſe diffunderet, atque in multis terrarum partibus propagaretur; & hi Canonici præfato ordini ſe ſubiicientees, candidum habitum ſuſcepêre. In quo ordine, profeſſione & habitu illorum Poſteri, ad hoc vſque tempus vota ſua Domino reddentes perſeuerant.

Ordini Præmonſtratenſi ſe libentes volentesq; ſubijciunt.

Primò autem regimen Monaſterii per Præpoſitos adminiſtratum eſt: quorum quinque fuiſſe inueniuntur. Deinde anno 1142. prædictum Monaſterium per *Theodoricum* Comitem de Are ampliatum, & in melius reformatum eſt, boniſq; ac red ditibus amplioribus dotatum, adiuuante ad hoc Archiepiſcopo Colonienſi Frederico: qui & ipſum multis priuilegijs donari ac muniri inſuper curauit. Succe dente deinde tempore circa annum 1194. Præpoſiti in Abbates euecti ſub regimine 33 Abbatum ad hunc vſque diem alternãte fortuna perſtitit. Cum enim incolæ huius loci, timore Dei pariter & honore

Sedes. Primò quidem per Præpoſitos gubernari cœpêre.

poſtpo

poſtpoſito, non probarent Deum habere in notitia, & iuxta deſideria cordis ſui viuerent, in vtriuſque ſtatus regimine ad tam deplorandam rerum omnium confuſionem & iacturam peruenerunt, nihil vt in bonis temporalibus reſiduum foret, quod non vel oppignoratum, vel diuerſis creditoribus obligatum teneretur, ita vt ſub annum 1366. tandem potiſſimam bonorum partem alienare ſint coacti. Eam autem plagam ſubſequentes Abbates, quos Dominus Deus dedit iuxta cor ſuum (quorum primus fuit Reuer. D. *Ioannes ab Altena*, Vir æterna memoria dignus) inducta ſalutari reformatione, egregiè curare ſtuduerunt. Qui dum ea, quæ ſunt officii ſui, Ordinis, ac ſtatutorum, diligenter fieri ſatagunt, diuina adiuuante gratia, bona cuncta venerunt cum eis. Ita vt non ſolùm deperdita, & oppignorata bona ab interitu vindicauerint, ac redemerint, ſed & alia quoq; acquiſierint. Atque ab eo tempore, vtriuſque regiminis ſtatus, ad hæc vſque funeſta & exulceratiſſima noſtra tempora mediocris fuit & tolerabilis.

Anno 1126.

Sedes.

Monaſterium itaque Steinueldenſe in Abbatiam iam euectum, manum ſuam mittens ad fortia, atque vt fertilis arbos,

ANNO 1126.

Felix Steinfeldenſis Monaſterij propagatio, mittentis palmites ſuos vſque ad mare.

Hamburnenſe Monaſterium in Ducatu Cliuenſi.

Seinenſe Monaſteriũ iuxta Confluentiam.

racemos & palmites ſuos emittens, diuerſa ex ſe diuerſis in locis genuit Monaſteria & filiales Eccleſias in primis in hoc diſtrictu *Abbatiam Hamburnenſem*, in Ducatu Cliuenſi Colonienſis diœceſis: quæ ſub ſe habet duas filiales Eccleſias, Monaſterium Virginum in *Voſſenich*, propè Tulpetum, & *Ellen* in Ducatu Iuliacenſi. *Seinenſem*, quoque Abbatiam prope Confluentiam; quæ ſub ſe habet Monaſterium Virginum in tractu Moſellæ, dictum *Angelica porta*. Ex Steinueldenſi quoque Eccleſia duo prodierunt Prioratus virorum, Prioratus in *Richſtein*, & *Niderche*: qui tamen ex prima fundatione fuerunt Monaſteria Virginum. Inſuper duo Monaſteria Virginum: *Mare* propè Noueſium, & *Dũvvaltt* in Ducatu Montenſi. Ad muros quoque Colonienſis vrbis habuit Monaſterium dictum *Silua Maria* ſiue Piſcina, quod penitus dirutum eſt. Deinde in remotiores ſe extendens Partes, in Friſia occidentali ex ſe genuit Abbatiam *Horti Mariæ*, Traiectenſis diœceſis. Abbatiam quoque in *Dockum*, in monte S. Mariæ eiuſdem diœceſis. Item Abbatiam Monialium S. Nicolai in *Merna*, dictam *Cameræ S. Mariæ*, vulgariter nuncupatam *Olde Cloiſter* in *Merne*. Monaſterienſis diœceſis.

Hortus B. Mariæ & Dockumẽſe Monaſteriũ in Friſia.

Hæ

ANNO 1126.

Hæ aũt Abbatiæ ſub ſe habent alia diuerſa Monaſteria & filiales Eccleſias. Hortus B. Mariæ ſub ſe habet Prępoſiturã nũcupatã, *Sepulchrum B. Mariæ Virginis*, vulgò *Burlben Cloiſter*. Item Præpoſiturã dictã, gratia B. Mariæ, vulgò *Schilvvolde*. Item Prioratũ Montis B. Mariæ, vulgariter *Hilgerle*. Itẽ Prioratũ Bethlehem. Abbatia in Dockũ ſub ſe habet Præpoſiturã, q̃ dicitur *Porta S. Mariæ*, vulgariter *Kyliſmar*. Itẽ Præpoſiturã in orientali Friſia, vulgariter *Berte*. Itẽ Præpoſiturã Mõtis Syon, vulgariter, *Võne Cloiſter*. Itẽ Prioratũ, q Silua S. Mariæ, vel tẽplũ Dñi, vulgariter *VVerte* nuncupatur. Merne Abbatia Monialiũ ſub ſe habet, Prępoſiturã S. Mariæ, vulgariter *Alandt*. Item Præpoſiturã S. Iacobi, vulgariter *Langen*. Atq; hæc omnia Monaſteria prędicta Viſitatorẽ agnoſcũt Abbatẽ Steinueldẽſem. Poſt aũt etiã lõgiùs progrediẽs Steinueldia, ſacros ſuæ plãtationis palmites in Bohemiã ac Poloniã vſq; pduxit. Teſtatur. n. Bohemorũ Annales, ex Steinfeldẽſi Abbatia eò veniſſe ſeptem fratres, q plãtatis ibidẽ & ædificatis 2. Monaſteriis, *Montis* videl. *Syon*, vulgariter *Strabouen*, non procul ab aula Imperatoria in vrbe Pragenſi, & Teplenſi Monaſterio) tã ſolida regularis diſciplinę & verę pietatis fũdamẽta iecerit

Quam longè lateq; ſe ſe Steinfeld. Abbatis extendat auctoritas, quorumue Monaſteriorum viſitator ſit.

Steinfeldẽſes etiã in Bohemiam ac Poloniã Colonias ſui Ordinis duxêre.

Montis Syõ & Teplenſe Monaſteria in Bohemia.

ANNO 1126.

Septem Archiepiſcopos Pragenſes continuos Norbertina ſuppeditauit familia.

Quæ Monaſteria pariāt Abbatia montis Syon.

Quæ Teplenſi.

illis vt temporibus & ſubſequentibus, nō interrupta ſucceſſionis ſerie, ſeptem de familia Pręmonſtratenſi Eccleſia Pragenſis viderit Archiepiſcopos. Ex his autem duabus Abbatiis, perque hos fratres & illorum ſucceſſores & alia Monaſteria illo in tractu prognata fuêre. Habet enim ſub ſe Abbatia Montis Syon hæc Monaſteria. *Breſcam, VVerinciam, Veconiam, Lucam, Gradis & Bzſock*: Teplenſis autem habet ſub ſe Monaſteria *Silcënſe, Melonße, Lichoniſche* & alia quædam in vicina Morauia. Atque in his omnibus ſana monaſticæ diſciplinę obſeruantia, pietatis & Religionis feruor, plurimarum ſpatio ætatum laudabiliter, & ſine labe viguit, & ad ea vſque tempora perdurauit, quò ferialis ille Huſſiticus aper vineam Domini, dexteritate altiſſimi plantatam, depaſcere & Eccleſiæ Catholicæ, ductore Ziſca bellum indicere cœpit. In qua tam ampla & miſera Eccleſiæ plaga, & Monaſteriorum omnium quodammodo exciſione, & hæc quoque eandem calamitatis & miſeriæ ſortem ſubiêre. Quo factum eſt, vt præclara quódam Monaſteria (vt ex ruderibus etiamnum liquet) vel cultoribus ſint deſtituta, vel diſciplinæ obſeruantia ita elanguerint & tā frigidis obducta ſint cineribus,

eorum

eorum vt vix vllum appareat veſtigium.

Quare diuino & religioſo excitus zelo Reuerend. P. ac Dominus *Ioannes Lobelius*, Abbas Monaſterii Syon, talenti cõcrediti vocationis & officii ſui memor, apud nos piis inſtitit precibus, vt quibus olim pueritiæ lac præbuerimus, nunc vel ſolidiori cibo illos reficere ac refouere non dedignaremur. Eius itaque piis votis libenter annuentes, annis ſuperioribus per tot terrarum tractus Sacerdotes tres, atque ad facilius introducendam diſciplinæ formam vnâ Iuniores, ſiue Subdiaconos duos eò ablegauimus. Ad quorum aduentum Rudolphus II. Imperator huic monaſterio Teplenſis Monaſterii bona, quod ab Huſſitica vaſtatione necdum emerſerat, adiecit & incorporauit. Hi autem noſtri fratres bonum ſemen in terram bonam ſeminãtes, biennii ſpatio omnem diſciplinæ & cæremoniarum vſum & rationem, inſuper quæ ſunt ordinis & ſtatutorũ Bohemis tradentes, tantum prꝗſtiterunt fructum, vt non ſolùm hoc Monaſterium optima diſciplina, & boni nominis fama iam floreat, ſed & eadem longè lateq́ue per eundem R. Dominum Loelium (vtpotè qui carum Regionum per Reuerendiſſimum Genera-

ANNO 1126.

Sedes.

Laus Ioannis Lobelij moderni Abbatis Strabouenſis.

Steinfeldẽſes collapsã in Bohemia Monaſtica religionis diſciplinam priſtino reſtituere nitori conati ſunt.

ANNO 1126.

lem noſtrum D. Ioannem à Pruetis Viſitator eſt deſignatus) feliciter & bonorum omnium applauſu propagetur. Atq; eum in vſum in Monaſterio ſuo propriis ſumptibus iuuenum ſeminarium inſtituit, a litq́,. Ex quo quos moribus, doctrina, ætate ſatis maturos proſpexerit, eligens, ſacro habitu induit, atque ad profeſſionem ſuſcipit. Vnde & illi quoque ad illud doctrinæ faſtigiũ perueniunt, vt non ſolùm publicâ cum laude in Academia diſputẽt, ſed & cũ fructu & hæreticorũ conuerſione verbũ Dei quaquauersũ diſſeminent. Quibus idẽ Rodolp. Imp. & regni Bohemiæ Proceres, permoti, auguſtum quondam illius loci templum Huſſitica impietate dirutum, propriis expenſis & ſumptibus magnificè inſtaurant. Sed & R. Dominus Abbas ſua virtute & meritis, ad mitrã Epiſcopalem eſt vocatus, atque in Epiſcopum & Suffraganeum Pragenſis Eccleſiæ electus & confirmatus.

S. Vincentij Monaſteriũ in Polonia ex traduce Steinfeld.

Cæterùm Steinfeldia in Polonia ex ſe genuit Abbatiam S. Vincentii, quæ ſub ſe habet monaſterium, *Sterlina* dictum. In Hibernia verò genuit Abbatiam S. Trinitatis, quæ poſtea eſt facta Eccleſia Epiſcopalis.

Hæc fuſius fortaſſe, quàm Epiſtolaris patitur breuitas, perſcripſimus, vt ſciatis, quis illis in partibus modernus Monaſteriorum ſit ſtatus, & ego in hoc triſti exilio, qui periculorum & captiuitatis metu huc perfugi, haberem, quo tempus fallerem. Beati autem Ioſephi vel Hermanni noſtri buſta, ac ſacræ reliquiæ, in atrio templi maioris in eleuata & extuberata tumba pia & religioſa veneratione adhuc per has turbas bellicas integrè perſeuerant, quamuis aliquoties impia manu tractatum ſit monumentum. Datum Monaſterii Eiffliæ (quo periculorum & captiuitatis metu profugimus) Conceptionis B. Mariꝫ feſto, Anno 1603. *Hæc ferè Balthaſar Panhauſen* Abbas Steinueldienſis, nunc ad perennem tranſlatus vitam. Cui in officii regimine ſucceſſit R. D. Chriſtophorus Pylckmannus, vir morum grauitate, ac ſincera in Deum pietate tali loco ac officio comprimis dignus: qui in reformandis tum Bohemicis tum VVeſtphalicis ſui Ordinis monaſteriis, inſignem planè & ipſe operam nauauit.

ANNO 1126.
Sedes.
Abbas Steinfeldienſis ante annos complures ſcripſit hæc in exilio ſuo.
Eius vita extat tom. 7. Surij. die 2. Apr.

Quoniam verò *Montis Syon*, ſiue *Strahouienſis* monaſterii, quod hodieq; in regia Bohemorum vrbe Pragenſi, haud longè à palatio imperatoris floret, iã facta eſt

Origo Pragenſis Monaſterij, Strahouen. indigitatũ.

ANNO 1126.

mentio, haud abs re fuerit, eius originem ex Ioannis Dubranii, Epiſcopi Olomucenſis hiſtoria Bohemica hic appoſuiſſe.

Lib. 12.

Intermiſſa, *inquit*, rerum aliarum cura, Vladislaus Bohemorum Rex, ad inſtauranda ſacra ædificia fœdè nuper à Conrado Marchione, Auſtriæ regni æmulo, Pragæ deuſta, animum intendit, largè ſuppeditans operæ pretium, vt lautiora, quã prius erant, illa reſurgerent, nouumq́ue mox cœnobium in deflexu montis Petrini ex mulctato ære, quo nonnulli coniuratorum mulctati ſunt, ædificandum curauit, vocabulo ei indito *Montis Syon*, propter quandam ſimilitudinem ſitus cum monte illo, qui in oriente *Sion* appellatur; ad quem propè accedere iſtum Henricus Præſul Olomucenſis, qui viderat, dicebat: Hodie *Strahouiam* vocant. Cœnobitæ à principio ſtatim ex ſodalitio Præmonſtratenſium deducti, cuius auctor Præmonſtratus quidam religione celebris, vitaq́ue & habitu candidus fuiſſe fertur eiuſq́ue exemplo multi tunc cãdidam veſtem cum moribus candidis induebant: in qua & Henricus, quanquam Præſul conſpici, cultumq́ue huiuſce religionis imitari ſtuduit: Imò aliquamdiu Strahouienſe cœnobium, velut ſeminariũ

Vnde id nominis eidẽ inditum.

Præmõſtratus fuit nomen loci, nõ fundatoris Ordinis.

Epi-

ANNO 1126.

Epiſcoporum Olomucenſium erat. Vnde in Morauia Epiſcopi plantabantur. Eadem porrò pietate Getrudis erga muliebrem ſexum, qua maritus ſuus in viros admonita fuit, vt & ipſa monumentum Virginibus relinqueret, quod candidatas ex amictu commonefaceret, vt puram caſtamque vitam cum ſanctis precibus Deo perpetuò exhiberent. Locus *Doxanum* appellatum, cœnobiumque ibi benè dotatum, ne per egeſtatem ad malas artes indotatæ puellę adigerentur. *Hactenus Dubranius.* Qui tamen per errorem *Præmonſtratum* neſcio quem Ordinis Præmõſtratenſis auctorem facit. Quantum verò ex contextu hiſtoriæ à Dubranio conſcriptę colligere poſſum, videtur Strahouenſe hoc *Norbertinorum* Monaſterium anno Chriſti circiter 1135. aut 1140. inſtitutũ. Strahouiam porrò decem ex ordine Epiſcopos Olomucenſibus (eſt autem Olomucium vrbs Morauiæ admodum celebris) olim dediſſe, diſertè ſcribit Auguſtinus Olomucenſis & Brunenſis Eccleſiarum Præpoſitus, in Catalogo Epiſcoporum Olomucenſium, qui hiſtoriæ Bohemicæ Ioannis Dubranii in calce ſubiũgitur. Ex quo nos iſta, quæ ſequuntur, deſumpſimus.

Strahouẽſe Monaſteriũ decem ex ordine Epiſcopos Olomucenſes protulit.

ANNO 1126. Petrus Epiſcopus Olomucenſis ſecundus, quintus in Morauorũ Epiſcoporum ordine, Canonicus Regularis Strahouiẽſis cœnobii, in Pontificatu Andreæ ſucceſſit. Huius electionem Bretislaus, Dux Bohemiæ, Vratislai Regis filius, vſq; adeò approbauit, vt deinceps ſtatuerit neminem niſi eiuſdem cœnobij Canonicũ, in Epiſcopum Olomucensẽ eligi debere. Quod etiam decretum literis ſuis ac diplomatibus, perpetuò duraturũ firmauit: idq́ue in Epiſcopi & Pragenſis Capituli cõtemptũ, qui ſibi electionẽ Olomucenſis Eccleſiæ violenter vſurpare nitebãtur: quę quidem electio Canonicorũ Regulariũ de *Strahou* cõtinua ſerie 100. & 5. annos durauit. Moritur Petrus an. Chr. 1104. Nonis Iulijs ſepultus in *Strahou*.

Ioannes Epiſcopus dictus Ventroſus, in ordine Epiſcoporũ ſextus, Canonicus in *Strahou*, concordi voto Eccleſiæ Olomucenſi præficitur, non tam religione vitæq; ſanctimonia clarus, quã de Eccleſia benè meritus. Hic enim Cremſirium cum foro & omni iure ab Othone, Marchione Morauiæ trecentis Marcis argẽti emit, Eccleſiæq́ue bonis adiecit, inſuper Lubacum in Bohemia à Subuslao Duce Epiſcopatui incorporandam obtinuit. Moritur anno

Chri-

Chriſti anno.26.ſupra 1000. ac 100. Non. Kal. Martii in Strahou ſepultus. ANNO 1126.

Henricus cognomine Zaik, illuſtris Vladislai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahouienſis cęnobii profeſſus, Ioanni ſuccedit: miræ ſanctitatis ac innocentiæ Pontifex, miſerorumque ſingulare profugium. Huius Pōtificatu, anno ſcilicet 30 ſuprà milleſimum ac centeſimum, VVenceslaus Othonis Marchionis Morauiæ filius, cultum diuinum amplificare ſtudens, & Epiſcopium (quod paruis continebatur anguſtiis) glorioſis ſtructuris euehere, templū ſub honore & titulo D. Martyris & penatis *VVenceſlai* in arce ſua Olomucenſi erexit, ſedemque illuc Epiſcopalem ex Eccleſia S. petri promiſſione ſummi Pontificis Innocentii II. trāsferri curauit, 12. ibi Canonicis inſtitutis. Hic etiā corpus S. *Criſtini*, pro Eccleſia ſua recens cōſtructa obtinuit, ibidemq; religiosè recōdidit. Addidit eidem & Eccleſiā D. Maurtiij intra ciuitatem Olomucenſem, q antehac ad monaſteriū Gradicenſe ꝑtinebat. Moritur tādē glorioſ⁹ hic Pōtifex an. Chr. 1157. Kal. iulii. in Monaſterio Strahouenſi ſepultus.

Ioannes ex numero Epiſcoporum octaus, Henrico viā vniuerſæ carnis ingreſſo, Pōtificatum Olomucenſem ſuſcepit Can.

Rę-

ANNO 1126. Regularis de Lythomiſſi. Hic dum Epiſcopatui ſeptem annis præſediſſet, moritur;&in Eccleſia ſua Olomucenſi ante introitum chori, ſub albo marmoreo lapide ſepelitur. Ea tempora inſignes cum Philoſophos tum medicos tulêre, Auicennam Hiſpalenſem, & Auerroem Cordubenſem,cognomento Commentatorẽ. Cępit &hac tempeſtate Lugduni peſtifera Valdenſium inſania,quę alibi iam pridem extincta, virulenta tabe Bohemos tandẽ ac Morauos corripuit, longeque ac latè ſæuijt.

Ioannes nonus,ſextus verò Olomucẽſis Epiſcopus,cognomento *Caluus*,Cathedræ Olomucenſis concordi omnium voto præficitur,Strahouienſis,& ipſe cœnobii profeſſus: Vir magnæ prudentiæ, eximiæ largitatis,ac ſingularis in omnes humanitatis & beneuolentiæ. Qui cùm ſedi ſuæ miro omnium fauore benè ac laudabiliter quindecim annis præfuiſſet, anno Chriſti M.C.LXXII. moritur,& in Monaſterio Gradicenſi propè Olomucium honorificè ſepelitur.

Dietlebus in ordine Epiſcoporum decimus, ex Strahouienſi Monaſterio Ponti ficatum iniit, beneque hunc & religiosè adminiſtrauit. Moritur anno Chriſti

octo-

octogeſimo primo ſupra milleſimum & centeſimum. & in Monaſterio *Strahou* tumulatur: Poſt cuius deceſſum ſedes anno vno Vacauit. ANNO 1126.

Peregrinus vndecimus, Epiſcopus Olomucenſis octauus *Dietlebo* ſucceſſit, ordinis & ipſe Canonicorum ex *Strahou*, vir integer & pius. Hic nondum expleto Pótificatus ſui quadriennio moritur, & fratribus ſuis Epiſcopis in *Strahou* attumulatur, quo mortuo ſedes biennio integro viduata & præſule & paſtore.

Cayn in catalogo Epiſcoporum duodecimus, ex Strahouia procurante Conrado Marchione Morauiæ, Pontificias infulas, opponentibus ſe iterum Epiſcopo & Canonicis Pragenſibus ſuſcepit. Pontifex, qualem Paulus eſſe voluit, hoſpitalis, ac modeſtus, profuſæq; in omnes largitatis, in clerumque ſuum potiſſimum. Hic quotieſcunque Olomucium venit, non Canonicos ſolùm, ſed totum Eccleſiæ ſuę clerum ex menſa & quadra ſua pauit, facilem & benignum ſe omnibus exhibuit, religioni mirificè vacauit: de quo id vulgò ferebatur, quod vox eius ſonora vt tuba Dei, & quaſi vox Angelorum. Moritur pius & Religioſus Pontifex anno Chriſti M.C.XCIIII. pridiè dus Ianuarias.

Engel-

ANNO 1126.

Septem Archiepiſcopos Pragenſes continuos Norbertina ſuppeditauit familia.

Quæ Monaſteria pariăt Abbatia montis Syon.

Quæ Teplenſi.

illis vt temporibus & ſubſequentibus, nō interrupta ſucceſſionis ſerie, ſeptem de familia Prȩmonſtratenſi Eccleſia Pragenſis viderit Archiepiſcopos. Ex his autem duabus Abbatiis, perque hos fratres & illorum ſucceſſores & alia Monaſteria illo in tractu prognata fuêre. Habet enim ſub ſe Abbatia Montis Syon hæc Monaſteria. *Breſcam, VVerinciam, Veconiam, Lucam, Gradis & Beſock*: Teplenſis autem habet ſub ſe Monaſteria *Silsënſe, Melonße, Lichoniſche* & alia quædam in vicina Morauia. Atque in his omnibus ſana monaſticæ diſciplinȩ obſeruantia, pietatis & Religionis feruor, plurimarum ſpatio ætatum laudabiliter, & ſine labe viguit, & ad ea vſque tempora perdurauit, quò ferialis ille Huſſiticus aper vineam Domini, dexteritate altiſſimi plantatam, depaſcere & Eccleſiæ Catholicæ, ductore Xiſca bellum indicere cœpit. In qua tam ampla & miſera Eccleſiæ plaga, & Monaſteriorum omnium quodammodo exciſione, & hæc quoque eandem calamitatis & miſeriæ ſortem ſubiêre. Quo factum eſt, vt præclara quōdam Monaſteria (vt ex ruderibus etiamnum liquet) vel cultoribus ſint deſtituta, vel diſciplinæ obſeruantia ita elanguerint & tā frigidis obducta ſint cineribus,

eorum

ANNO 1126.

eorum vt vix vllum appareat veſtigium.

Sedes.

Quare diuino & religioſo excitus zelo Reuerend. P. ac Dominus *Ioannes Lohelius*, Abbas Monaſterii Syon, talenti cõcrediti vocationis & officii ſui memor, apud nos piis inſtitit precibus, vt quibus olim pueritiæ lac præbuerimus, nunc vel ſolidiori cibo illos reficere ac refouere non dedignaremur. Eius itaque piis votis libenter annuentes, annis ſuperioribus per tot terrarum tractus Sacerdotes tres, atque ad facilius introducendam diſciplinæ formam vnâ Iuniores, ſiue Subdiaconos duos eò ablegauimus. Ad quorum aduentum Rudolphus II. Imperator huic monaſterio Teplenſis Monaſterii bona, quod ab Huſſitica vaſtatione necdum emerſerat, adiecit & incorporauit. Hi autem noſtri fratres bonum ſemen in terram bonam ſeminãtes, biennii ſpatio omnem diſciplinæ & cæremoniarum vſum & rationem, inſuper quæ ſunt ordinis & ſtatutorũ Bohemis tradentes, tantum præſtiterunt fructum, vt non ſolùm hoc Monaſterium optima diſciplina, & boni nominis fama iam floreat, ſed & eadem longè lateque per eundem R. Dominum Loelium (vtpotè qui earum Regionum per Reuerendiſſimum Genera-

Laus Ioannis Lohelij moderni Abbatis Strahouenſis.

Steinfeldẽſes collapsã in Bohemia Monaſtica religionis diſciplinam priſtino reſtituere nitori conati ſunt.

ANNO 1126.

lem noſtrum D. Ioannem à Pruetis Viſitator eſt deſignatus) feliciter & bonorum omnium applauſu propagetur. Atq; eum in vſum in Monaſterio ſuo propriis ſumptibus iuuenum ſeminarium inſtituit, alitq́, Ex quo quos moribus, doctrina, ætate ſatis maturos proſpexerit, eligens, ſacro habitu induit, atque ad profeſſionem ſuſcipit. Vnde & illi quoque ad illud doctrinæ faſtigiũ perueniunt, vt non ſolùm publicâ cum laude in Academia diſputẽt, ſed & cũ fructu & hæreticorũ conuerſione verbũ Dei quaquauersũ diſſeminent. Quibus idẽ Rodolp. Imp. & regni Bohemiæ Proceres, permoti, auguſtum quondam illius loci templum Huſſitica impietate dirutum, propriis expenſis & ſumptibus magnificè inſtaurant. Sed & R. Dominus Abbas ſua virtute & meritis, ad mitrã Epiſcopalem eſt vocatus, atque in Epiſcopum & Suffraganeum Pragenſis Eccleſiæ electus & confirmatus.

S. Vincentij Monaſteriũ in Polonia ex traduce Steinfeld.

Cæterùm Steinfeldia in Polonia ex ſe genuit Abbatiam S. Vincentii, quæ ſub ſe habet monaſterium, *Sterlina* dictum. In Hibernia verò genuit Abbatiam S. Trinitatis, quæ poſtea eſt facta Eccleſia Epiſcopalis.

Hæc

Hæc fuſius fortaſſe, quàm Epiſtolaris patitur breuitas, perſcripſimus, vt ſciatis, quis illis in partibus modernus Monaſteriorum ſit ſtatus, & ego in hoc triſti exilio, qui periculorum & captiuitatis metu huc perfugi, haberem, quo tempus fallerem. Beati autem Ioſephi vel Hermanni noſtri buſta, ac ſacræ reliquiæ, in atrio templi maioris in eleuata & extuberata tumba pia & religioſa veneratione adhuc per has turbas bellicas integrè perſeuerant, quamuis aliquoties impia manu tractatum ſit monumentum. Datum Monaſterii Eiffliæ (quo periculorum & captiuitatis metu profugimus) Conceptionis B. Mariæ feſto, Anno 1603. *Hæc ferè Balthaſar Panhauſen* Abbas Steinueldienſis, nunc ad perennem tranſlatus vitam. Cui in officii regimine ſucceſſit R. D. Chriſtophorus Pylckmannus, vir morum grauitate, ac ſincera in Deum pietate tali loco ac officio comprimis dignus: qui in reformandis tum Bohemicis tum VVeſtphalicis ſui Ordinis monaſteriis, inſignem planè & ipſe operam nauauit.

ANNO 1126. Sedes.

Abbas Steinfeldienſis ante annos complures ſcripſit hæc in exilio ſuo.

Eius vita extat tom. 7. Surij. die 2. Apr.

Quoniam verò *Montis Syon*, ſiue *Strabouienſis* monaſterii, quod hodieq; in regia Bohemorum vrbe Pragenſi, haud longè à palatio imperatoris floret, iā facta eſt

Origo Pragenſis Monaſterij, Strabouen. indigitatũ.

ANNO 1126.

Lib. 12.

mentio, haud abs re fuerit, eius originem ex Ioannis Dubranii, Epiſcopi Olomucenſis hiſtoria Bohemica hic appoſuiſſe. Intermiſſa, *inquit*, rerum aliarum cura, Vladislaus Bohemorum Rex, ad inſtauranda ſacra ædificia fœdè nuper à Conrado Marchione, Auſtriæ regni æmulo, Pragæ deuſta, animum intendit, largè ſuppeditans operæ pretium, vt lautiora, quã prius erant, illa reſurgerent, nouumq́ue mox cœnobium in deflexu montis Petrini ex mulctato ære, quo nonnulli coniuratorum mulctati ſunt, ædificandum curauit, vocabulo ei indito *Montis Syon*, propter quandam ſimilitudinem ſitus cum monte illo, qui in oriente *Sion* appellatur; ad quem propè accedere iſtum Henricus Præſul Olomucenſis, qui viderat, dicebat: Hodie *Strahouiam* vocant. Cœnobitæ à principio ſtatim ex ſodalitio Præmonſtratenſium deducti, cuius auctor Præmonſtratus quidam religione celebris, vitaq́ue & habitu candidus fuiſſe fertur eiuſq́ue exemplo multi tunc cãdidam veſtem cum moribus candidis induebant: in qua & Henricus, quanquam Præſul conſpici, cultumq́ue huiuſce religionis imitari ſtuduit: Imò aliquamdiu Strahouienſe cœnobium, velut ſeminariũ

Vnde id nominis eidẽ inditum.

Pramõſtratus fuit nomen looi, nõ fundatoris Ordinis.

Epi-

ANNO 1126.

Epiſcoporum Olomucenſium erat. Vnde in Morauia Epiſcopi plantabantur. Eadem porrò pietate Getrudis erga muliebrem ſexum, qua maritus ſuus in viros admonita fuit, vt & ipſa monumentum Virginibus relinqueret, quod candidatas ex amictu commonefaceret, vt puram caſtamque vitam cum ſanctis precibus Deo perpetuò exhiberent. Locus *Doxanum* appellatum, cœnobiumque ibi benè dotatum, ne per egeſtatem ad malas artes indotatæ puellę adigerentur. *Hactenus Dubranius.* Qui tamen per errorem *Præmonſtratum* neſcio quem Ordinis Præmõſtratenſis auctorem facit. Quantum verò ex contextu hiſtoriæ à Dubranio conſcriptę colligere poſſum, videtur Strahouenſe hoc *Norbertinorum* Monaſterium anno Chriſti circiter 1135. aut 1140. inſtitutũ. Strahouiam porrò decem ex ordine Epiſcopos Olomucenſibus (eſt autem Olomucium vrbs Morauiæ admodum celebris) olim dediſſe, diſertè ſcribit Auguſtinus Olomucenſis & Brunenſis Eccleſiarum Præpoſitus, in Catalogo Epiſcoporum Olomucenſium, qui hiſtoriæ Bohemicæ Ioannis Dubranii in calce ſubiũgitur. Ex quo nos iſta, quæ ſequuntur, deſumpſimus.

Strahouẽſe Monaſteriũ decem ex ordine Epiſcopos Olomucenſes protulit.

ANNO 1126.

Petrus Epiſcopus Olomucenſis ſecundus, quintus in Morauorũ Epiſcoporum ordine, Canonicus Regularis Strahouiẽſis cœnobii, in Pontificatu Andreæ ſucceſſit. Huius electionem Bretislaus, Dux Bohemiæ, Vratislai Regis filius, vſq; adeò approbauit, vt deinceps ſtatuerit neminem niſi eiuſdem cœnobij Canonicũ, in Epiſcopum Olomucensẽ eligi debere. Quod etiam decretum literis ſuis ac diplomatibus, perpetuò duraturũ firmauit: idq́ue in Epiſcopi & Pragenſis Capituli cõtemptũ, qui ſibi electionẽ Olomucenſis Eccleſiæ violenter vſurpare nitebãtur: quę quidem electio Canonicorũ Regulariũ de *Strahou* cõtinua ſerie 100. & 5. annos durauit. Moritur Petrus an. Chr. 1104. Nonis Iulijs ſepultus in *Strahou*.

Ioannes Epiſcopus dictus Ventroſus, in ordine Epiſcoporũ ſextus, Canonicus in *Strahou*, concordi voto Eccleſiæ Olomucenſi præficitur, non tam religione vitæq́; ſanctimonia clarus, quã de Eccleſia benè meritus. Hic enim Cremſirium cum foro & omni iure ab Othone, Marchione Morauiæ trecentis Marcis argẽti emit, Eccleſiæque bonis adiecit, inſuper Lubacum in Bohemia à Subuslao Duce Epiſcopatui incorporandam obtinuit. Moritur anno

Chriſti anno.26.ſupra 1000. ac 100. Non. Kal. Martii in Strahou ſepultus. Anno 1126.

Henricus cognomine Zaik, illuſtris Vladislai Ducis Bohemiæ frater, ac Strahouienſis cęnobii profeſſus, Ioanni ſuccedit: miræ ſanctitatis ac innocentiæ Pontifex, miſerorumque ſingulare profugium. Huius Pōtificatu, anno ſcilicet 30. ſuprà milleſimum ac centeſimum, VVenceslaus Othonis Marchionis Morauiæ filius, cultum diuinum amplificare ſtudens, & Epiſcopium (quod paruis continebatur anguſtiis) glorioſis ſtructuris euehere, templū ſub honore & titulo D. Martyris & penatis *VVenceſlai* in arce ſua Olomucenſi erexit, ſedemque illuc Epiſcopalem ex Eccleſia S. Petri promiſſione ſummi Pontificis Innocentii II. trāsferri curauit, 12. ibi Canonicis inſtitutis. Hic etiā corpus S. *Criſtini*, pro Eccleſia ſua recens cōſtructa obtinuit, ibidemq; religioſè recōdidit. Addidit eidem & Eccleſiā D. Maurtiij intra ciuitatem Olomucenſem, q antehac ad monaſteriū Gradicenſe ꝑtinebat. Moritur tādē glorioſ⁹ hic Pōtifex an. Chr. 1157. Kal. iulii. in Monaſterio Strahouenſi ſepultus.

Ioannes ex numero Epiſcoporum octaus, Henrico viā vniuerſæ carnis ingreſſo, Pōtificatum Olomucenſem ſuſcepit Can.

oɗogeſimo primo ſupra milleſimum & centeſimum. & in Monaſterio *Strahou* tumulatur: Poſt cuius deceſſum ſedes anno vno Vacauit. ANNO 1126.

Peregrinus vndecimus, Epiſcopus Olomucenſis octauus *Dietlebo* ſucceſſit, ordinis & ipſe Canonicorum ex *Strahou*, vir integer & pius. Hic nondum expleto Pō tificatus ſui quadriennio moritur, & fratribus ſuis Epiſcopis in *Strahou* attumulatur, quo mortuo ſedes biennio integro viduata & præſule & paſtore.

Cayn in catalogo Epiſcoporum duodecimus, ex Strahouia procurante Conrado Marchione Morauiæ, Pontificias infulas, opponentibus ſe iterum Epiſcopo & Canonicis Pragenſibus ſuſcepit. Pontifex, qualem Paulus eſſe voluit, hoſpitalis, ac modeſtus, profuſæq; in omnes largitatis, in clerumque ſuum potiſſimum. Hic quotieſcunque Olomucium venit, non Canonicos ſolùm, ſed totum Eccleſiæ ſuę clerum ex menſa & quadra ſua pauit, facilem & benignum ſe omnibus exhibuit, religioni mirificè vacauit: de quo id vulgò ferebatur, quod vox eius ſonora vt tuba Dei, & quaſi vox Angelorum. Moritur pius & Religioſus Pontifex anno Chriſti M.C.XCIIII. pridiè dus Ianuarias.

ANNO 1226.

Engelbertus, natione Brabantinus, Canonicus & ipſe Regularis de *Strahou*, in ordine Epiſcoporum tertiusdecimus, Olomucenſem ſedem, vbi pridem Archidiaconus & Canonicus fuerat, obtinuit, magni conſilij vir, & ob hoc à Principib. & optimatibus in maximo pretio & exiſtimatione habitus. Canonicos ſuos miro amore & beneuolentia cõplexus, & ab eis viciſſim paterna veneratione cultus, nulli noxius, quin potiùs erga ſubditos ſuos mirificè benignus, ſciens boni paſtoris eſſe, tondere oues, non deglubere. Moritur an. Chr. centeſimo nonageſimo nono ſupra milleſimum. Hoc totum Eccleſiæ tectum plumbo veſtiuit.

Rodenſis Abbatia in Sueuia.

Rotum ſiue Rodum, vulgò *Monachorũ Rodum*, germanicè *Muncorot* (ad alterius cuiuſdam Dominarum Rodi in Oſtrofácis ſiti diſcrimen ſic dictum) in Sueuia ſecundo lapide à Memninga, imperiali vrbe ad Haslachij & Rotæ confluentem, fundatur anno 1126 ab illuſtri Matrona *Hemma*, Henrici Baronis à *VVildenvvergh* coniuge.

Odino Abbas Rodenſis floret.

Huius Monaſterij Abbas fuit venerab. *Odino*, antea dapifer VValdenburgenſis, vir piæ & ſanctæ admodum vitæ, qui ſuo tempore aluit Roti 200. monachos & mo-

niales

ANNO 1126.

ïales plurimas pro more primitiuo in-
ſtituti Præmonſtrat. Obijt aũt an. 1182.
Miſit is ex ſuo Rotenſi monaſterio, dedu-
ctis velut colonijs, Canonicos Præmon-
ſtratenſes ad Eccleſias quinque: videlicet
Viltanienſem apud Heluetios: ad *Lutren-
ſem*, vulgò *Keyſerlauttem*. Ad *Augienſem* a-
pud Rauensburgum anno 1145. ad *Stein-
gadenſem* in Rhetis anno 1147. ad *Martha-
lenſem* ad Danubium fluuium anno 1170.
rogante Hugone comite Palatino Tubin-
genſi: cuius in contubernio olim cùm ad-
huc in ſeculo verſaretur, vixerat. Ita Bru-
ſchius libro citato. Mũſterus ait, Roden-
ſe monaſterium à Ducibus Teckenſibus
fundatum.

Ad noua aliquot monaſteris, Religioſos mittit.

Anno 1127. vt vult continuator Sigeb.
ſt verius 1128. vt habet Trithe. in Chrõ.
Hirſaug. Norbertus deſignatur Archie-
piſcopus Magdeburgenſis xv, factumque
prorſus diuinitus. Nam Rudgero Ar-
chiepiſcopo eius vrbis defuncto, cùm Ar-
noldus quidam Epiſcopatum inuaſiſſet,
atque à ciuibus interfectus eſſet, Clerus
miſſis Spiram ad *Lotharium* Imp. Legatis,
Epiſcopum ſibi dari poſtulauit. Erat tum
fortè eâdem in vrbe Norbertus, ſcientia
pariterque innocentia toto orbe notiſſimus
cum conſilio Gerardi, Legati Apoſtolici,

Norbertus dicitur Archiepiſcopus Magdeburgenſis.

qui

ANNO 1218.

qui poſt factus Pontifex Romanus, dictus eſt Lucius primus & Alberonis Metenſis Primicerii, qui poſt Virdunenſis in Lotharingia Epiſcopus fuit: aliorumq́; Principum, nihil tale cogitantem, atque reluctantem, Magdeburgenſes Legati Archiepiſcopum ſibi poſtulant, & probante Imperatore ſecum abducunt.

Grimberga in Brabantia.

Eccleſia *Grimbergana,* quæ Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini hactenus fuerat, anno 1128. (teſte Balduino Niniuenſi in ſuo Chronico m.S.) Religioſis inſtituti Præmonſtratenſis traditur. Dederat autem locum hunc Regularibus Canonicis incolendum VValterus Berthoutius, Grimberganus, anno circiter 1110. *Odone* Cameracenſi Epiſcopo approbante. Sed Regularibus iniuria temporum Eccleſiam deſolatam relinquentibus, Gerardus & Arnulphus VValteri filii, Almerico quodam Legato ad Norbertum miſſo, eam ipſam eidem obtulerunt: qui piis eorum votis acquieſcens, è Sodalibus ſuis aliquot ſub Abbatis vnius tutela eôdem deſtinauit. Sicq́ue prædia, quæ Canonicorum antea fuerant Regularium, ipſis adſignata ſunt, Liethardo Epiſcopo Cameracenſi decreto ſuo, anno 1132. dato, id confirmante. Qui deinde

ſub-

ſubſecuti ſunt Toparchæ Grimberganis auitæ pietatis ac munificentiæ æmuli, cœnobium iſtud certatim muneribus auxerunt; floretque hodie, dimidio à Viluordia, Brabantię oppido milliari, arci Baronis Grimbergani penè adſitum. Decreti autem ſeu diplomatis, à Liethardo dati, hic eſt tenor.

ANNO 1128.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Liethardus Dei gratia Cameracenſium Epiſcopus, tam futuris quàm præſentibus in perpetuum. Diuina aſtante ſcriptura, quæ ait: Ante mortem tuam benefac: quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum; *ad benè agendum inuitamur: prouidendum nobis eſt, ne de noſtra tarditate poſt mortem abiudicemur Eccleſiam igitur Grimbergenſem, in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ & S. Petri Apoſtolorum Principis ſitam, exaltare & & nobilitare decreuimus: & qualiter ad nos à Prædeceſſoribus noſtris emancipata peruenerit, ſubnotare cenſuimus. Cùm enim præfatam Eccleſiam Gualterus quidam nobilis, quia in allodio ſuo ſita erat, teneret Dominus Odo, prædeceſſor noſter, petitione ipſius Gualteri, & redditione eandem Eccleſiam ab omni Laica manu & exactione aliqua & debitis obſonÿs ad vſum Canonicorum, ſecundum regulam B. Auguſtini viuentium, primò emancipa*

Grimbergana Eccleſia fuit primo Canonicorũ reg. Ord. S. Aug.

ANNO 1128. uit. Succedentibus verò temporibus, cùm illi nihil profeciſſent, & penitus Eccleſiam in nihilum redactam reliquiſſent, iterum petitione eiuſdem prædicti Gualteri monachorum ordinem ſub eadem libertate ibidem impoſuit. Sed & illi perſecutiones malefactorum & paupertatem ſuſtinere non valentes, iterum deſolatam reliquerunt. Nouiſſimè verò defuncto Gualtero, hæredes eius Gerardus videlicet & Arnulphus, quia patris & matris & parentum eorũ ibidem oſſa requieſcebant, deſolationem Eccleſiæ non ferẽtes, petierũt à D. Norberto, viro ſpectabilis religionis, per Legatum ſuum hominem quendam Aluaricum nomine, vt ſuæ religionis fratres in præfata Eccleſia poneret.

Poſtea Monachorum.

Ipſe verò tandem petitionibus eorum acquieuit, & fratres ibidem impoſiti, ſub tutela Abbatis & fratrum Præmonſtratæ Eccleſiæ per aliquot tempus commorãtes, & de die in diem, adiutrice gratia in melius pro ſua paupertate & propoſito proficientes, à nobis & Abbatem & præfatam libertatem innouari petierunt. nos verò iuſtis eorum petitionibus annuimus: ſic videlicet, vt libera eſſet à ſeruitio, à cæterarum conſuetudine Eccleſiarum, ab omni prorſus exactione Epiſcopi, Archidiaconi, & Decani. His autem Eccleſiæ conceſſis Eccleſiæ Cameracenſis, hoc ſolùm de illa habendum retinui, ordinatoq; fratrum, & filialem loci ſubiectionẽ,

Ac demum Canonicorũ Ord. Præmonſt.

& ſi quem ſecundum ordinem & tenorem Præmonſtrata Eccleſia, à qua deſcendit religio, Abbatem Canonicè elegerint, vel eiuſdem Præpoſitum, ego & ſucceſſores mei ſacrent, vel vbi petitione fratrum, & neceßitate idonea cogente, eum ſacrari permiſerint. Si quid etiam in conſilijs, in ſynodo, de iure & negotijs & vtilitatibus Eccleſiaſticis tractare contigerit Epiſcopum, de quiete ſua Abbas euocetur, ad eius dirigendum conſiliũ. Ipſemet verò Abbas parochiã cuilibet ſacerdoti boni teſtimonij cõmittat, quẽ Epiſcopo per ſe vel per vnũ de ſuis fratrib. ad ſuſcipiendam populi curam præſentet. Qui ſi peccauerit, vel fratribus in aliquo moleſtus fuerit, ſicut ab Epiſcopo vel miniſtris eius, ſic ab Abbate remoueatur vel corripiatur. Concedo etiam, vt ſi inbannitur terra, remotis excommunicatis, hæc cantet Eccleſia clauſis ianuis. Interdico autem, ne quẽquam à prædicto Eccleſiæ clauſtro, ſine permißione Abbatis & aſſenſu totius cõgregationis liceat diſcedere diſcedentem verò nullus audeat recipere. Bona etiam & poſſeßiones, quas iuſtè & legitimè prædicta Eccleſia poßidet ad vſus Canonicorum Regularium, ibidem Deo ſeruientium, præſentis ſcripti paginâ confirmamus. Altare videlicet de VVamblinis cum appendicijs ſuis Marchehem, Radelegim & Ramesdum. Altare de Meyſe cum appendicijs ſuis Opehem & Rode. ANNO 1128.

ANNO 1128.

Altare de Strombeke, & decem & octo manſos terræ. E quibus prædictus Gualterus ſex dedit, Gerardus filius ſuus vnum, Aluericus tertius filius ſuus. Reinerus duos, & quod ſupereſt, antiquitus poßidet Eccleſia. Quæcunque præterea iuſtè adipiſci poterit, firma & illibata illi conſeruentur. Ad arcendas igitur quorumlibet importunitates, data conſeruatoribus pace in præuaricatores, quo ad reſpuerint excommunicationis ſententiam proferimus, atque Canonica ſubſignatione, noſtraque ſubimaginatione, huius noſtri decreti paginam confirmamus. S. meiipſius Liethardi Epiſcopi, S. Ioannis, Theoderici, Alardi, Theoderici, Gerardi Archidiaconorum, S. Elebaldi Præpoſiti, Gilardi Decani, Rothberti Cantoris, Guidonis, Hugonis, VVerimbaldi Lantberti, Adam, Bartholomæi Canonicorum. Actum eſt hoc Cameraci, Anno incarnationis Domini 1132. Indictione 10.

Ego VVerimbaldus, Cancellarius ſcripſi & recognoui.

Monaſteriũ S Nicolai ad muros opidi Furnenſis.

Circa hunc annum, aut potius ſequenti, conditum eſt S. Nicolai Monaſterium ad muros Furnenſis in Flandria opidi: nam falsò ad annum 1119. eius fundationem referunt Meyerus & Marchantius:

cùm

cùm ſit filia, vt loquuntur, Abbatiæ, Grimberganæ. Eſt hodie cœnobium hoc ob belli furorem ac tumultum intra mœnia Furnenſia tranſlatum.

ANNO 1128.

Cella Dei ſuperior (ad alterius inferioris diſcrimen ſic dicta, de qua infrà anno 1130. agemus) quæ præclara hodieq́ue florens eſt Abbatia apud Herbipolim in Francia Orientali, ad Mænum fluuium, fundatur anno 1128. Maij 14. ab ipſo Norberto. Is namque iam Archiepiſcopus creatus, & Lotharium Imp. Herbipolim ſecutus, vt ad ſchiſma inter Innocentium II. & Petrum Leonis tollendum ibidem cum aliis adlaboraret, cùm in feſto Paſchę coram Cæſare, aliiſq́ue Imperii Proceribus atque Ordinibus S S. Miſſæ officium celebraſſet, & concionem de rebus ſacris ad eoſdem habuiſſet, ita in ſui admirationem & amorem omnium animos attraxit, vt concione peracta certatim populus munera ipſi ampliſſima offerret. Quibus cùm ille haudquaquam ſtuderet, neque tamen prorſus abiicienda putaret, tribus Religioſis Viris, germanis fratribus, in S. Kiliani æde ſacra Deo ſeruientibus, & Præmonſtratenſis inſtituti deſiderio flagrantibus, Ioanni videlicet ſacerdoti Henrico & Ludolpho, Laicis, omne illud

Cella Dei ſuperior, apud Herbipolim.

ANNO 1128.

ſibi oblatum aurum argentumque tradidit cęnobii ſui inſtituti apud Herbipolim exædificando. Conſenſit mox Embrico eius vrbis Epiſcopus, locumque monaſterio exſtruendo donauit. Quo ordinato, primus eius loci Præpoſitus *à Norberto* conſtitutus eſt *Ioannes*, è tribus dictis fratribus natu grandior. *Bruſchius libro citato*, vbi & loci huius Abbatum ſeriem contexit, *& Annales Franconici.*

Middelburgenſis Abbatia in Zelandia.

Anno eodem, menſe Nouembri moritur *Godebaldus*. Epiſcopus Vltraiectenſis XXIIII. Is Canonicis Auguſtinianis, quos Regulares vocant, iuſtam ob cauſam amotis, atque ex Antuerpiano, D. Michaelis Monaſterio, Præmonſtratenſibus accitis, Middelburgi nouum quaſi Monaſterium inſtituit. Idipſum poſt *Gulielmus* II. Hollandiæ Zelandiæque comes, & Rom. Rex inſtaurauit, multisque ædificiis auxit, qui anno 1255. à Friſiis cæſus, ibidem honorificè conditus eſt cum *Elizabetha* coniuge ſua, anno 1266. defuncta. Eſt autem Middelburgum Zelandiæ metropolis ſita in VValachria, Zelandicarum inſularum maxima, cuius vrbis cura] paſtoralis penes ipſos Præmonſtratenſes eſſe conſueuit. Vixit multis annis in Middelburgenſi monaſterio *Ioannes Goſſardus*, Molbo-

dius,

dius, vulgò Mabuſius, pictor celeberrimus: cuius à manu tabula ibidem fuit, notiſſima, quæ fortuito pòſt incendio perijt. ANNO 1128.

Cæterùm multiplicatis in Belgica Pauli IV. & Pij IV. Pont. Max. auctoritate Epiſcopalibus ſedibus, Abbatia Middelburgenſis Epiſcopatui eius vrbis eſt annexa R. V. *Nicolao à Caſtro* primo Epiſcopo conſtituto.

Parcenſis Abbatia apud Louan.

Godefridus Barbatus, Lotharingiæ Dux, idemque Marchio & comes Louanienſis, locum feris ſilueſtribus, ad muros vrbis Louanienſis animi cauſa alendis deſtinatum (quod viuarium Varro, aliique Latinè appellãt, Belgici *Parcum* nominant.) in meliores vſus conuertens, eundem VValtero Abbati S. Martini Laudunenſis (de quo ſupra diximus anno 1122.) tradidit anno 1129. filiis ſuis Godefrido & Henrico conſentientibus, & Alexandro Epiſcopo Leodienſi approbante. Qui quidem VValterus fratres aliquot ex cœnobio ſuo S. Martini Laudunenſis, eôdem adduxit, & diſciplinam monaſticam, cętera que eò pertinentia conſtituit. Quibus ritè peractis ad priſtinum ſuum Monaſterium anno 1132. rediit: Simone Canonico Sancti Martini Laudunenſis Abbate

ANNO 1128.

apud Parcenſes conſtituto. Eſt autem hódieque Parcenſis Abbatia diſciplinæ Monaſticæ obſeruantia admodum florens, & eruditiſſimis viris, ac præſertim Theologis referta: cui quidem ſtudio eius loci alumni ſeſe totos dedunt, vicinæ Louanienſis Academiæ beneficio vtentes. Ex qua quidem Academia præſtantiſſimi ſemper Theologi, ad ſacras in Parco litteras interpretandas, ab Abbatibus honeſtè ſunt euocati. Fuére in his *Ioannes Varennius* Mechlinienſis, cuius grȩca exſtat grāmatica: *Ioannes Leonardus Haſſelius*, qui Tridenti in concilio œcumenico obiit, *Martinus Rithouius*, pòſt Iprenſium Epiſcopus: *Ioannes Heſſelius* Louanienſis, *Cunerus Petri* Brouvverhauius, pòſt Leonardienſis Epiſcopus; Et *Ioannes Lenſæus* Belliolanus, ſcriptis editis illuſtres. Eſtque Abbas Parcenſis Ducis Brabantiæ primus & perpetuus Sacellanus; ſiue, vt Aulici loquuntur *Archicappellanus*; Quod priuilegium ſiue ius, à multis retrò annis iam tum obſeruatum, *Ioannes Brabantiæ* & Limburgi Dux ſacrique Imperii Marchio confirmauit diplomate an. 1416. Apr. 22. Bruxellis dato.

Primus Abbas initiatus apud Parcenſes fuit *Theodoricus Tuldelius*, Becanus; qui

annis

ANNO 1128.

annis 32. in præfectura exactis, obiit anno 1490.

Libet hic addere, quod de *Radbodo*, ſiue Rabodone Religioſo Parcenſi in Catalogo defunctorum fratrum eius loci hiſce verbis reperitur. *Frater Rabodo Canonicus huius Eccleſiæ, qui ſolebat ieiunare in ſextis ferijs cum pane & aqua. Et aqua mutata fuit aliquoties in vinum miraculosè, ſicut relatum eſt à fide dignis.* Hæc ibi. Cæterùm quo anno Chriſti obierit, non exprimitur.

Bonæ ſpei Abbatia apud Hannones.

Apud Bincæium Hannoniæ opidum, hodieque eximiè floret Abbatia, cui *Bonæ ſpei* nomen. Huius auctorem ferunt *Guilielmum Reginaldi*, militis crucigeri filium, qui neglecto ſecularis faſtu nitoris, anno circiter 1129. Præmonſtratenſem ſubiit profeſſionem. Habitarũt autem primùm Religioſi in loco inde nonnihil diſſito, ſed victi primæ ſedis incommoditate, eò ſe contulerunt, vbi nunc *Bonæ ſpei* nomen effulget. Liethardus Cameracenſis Epiſcopus anno circiter 1131. *Odonem* Abbatẽ benedictione, & cœmiterium luſtrali ſanctificatione donauit. Poſt *Euguelramus*, Epiſcopus Cemeracenſis anno 1274. nouũ Monaſterium ac templum, *Adamo* Abbate exiſtente, conſecrauit. *Hæc ferè Ioannes Leſ*

ANNO 1129.

ſabaus in Topographia Hannoniæ.

Odoni porrò Abbati ſucceſſit *Philippus Haruengius* (ab Eleemoſyna nuncupatus) Vir longè eruditiſſimus, qui *Vitas S S. Amandi, Landelini*, aliorumque concinnauit, & Epiſtolas varias ad Pontificem, Imper. & S. Bernardum Clareuallenſem Abbatẽ, cui perfamiliaris exſtitit, conſcripſit. Cũque an. 1182. in Aduentu Domini præfecturæ munus reliquiſſet, in quadrageſima anni ſequentis plenus dierum obiit.

Inſula B. Mariæ.

Anno circiter 1129. *Inſulam B. Mariæ* vulgò *Marienvveerdt* in Geldriæ confinibus cõdidit Hermannus Cuiquenſis, vulgò de *Cuyck*: quæ ditio hodieque inter vetuſtas 18. Brabantiæ Baronias, vt loquuntur, prima recenſetur. Quam verò ob cauſam Monaſterium iſtud fundatum fuerit, memorat Ioannes Becanus, in manuſcripto Chronico Vltraiectenſi his verbis:

Anno 1128. defuncto Godebaldo Pontifice, Dominus Andreas natus de Cuik XXV. *eſt electus Epiſcopus Vleraiectenſis, vir diſcretus, honeſtus, pius & pacificus. His diebus Theodoricus Hollandiæ Comes Florentium proauum ſuum in Harmac occiſum vlciſci deſiderans, Hermanno de Cuick filio interfectoris eiuſdem Florentÿ Comitis vbique terrarum in-*

tendit

tendit inſidias, ita quod nulla pacificatione mediante, treugarum obtinere poſſet inducias. Andreas autem Epiſcopus per continuam in terpellationem demum interdixit antiquam altercationis inuidiam, & per hunc modum inter vtramque partem firmam elaborauit amicitiam, vt Hermannus pro anima Florentij Comitis monaſterium conſtrueret, & per competentes prædiorum poſſeſſiones dotare promitteret. Igitur anno Domini milleſimo cẽ teſimo vigeſimo ſecundo fundatum eſt monaſte rium in Inſula Beatæ Mariæ Virginis, & allati ſunt eò monachi de Lauduno, Præmonſtratenſis ordinis: qui ſub monaſtica diſciplina Deo deuo- ſeruirent, & pro anima Florentij ſanctis pre- bus Deum exorarent. Hactenus Becanus, quo hæc ipſa tranſcripſit Ioannes Ger- andus Leidenſis in manuſcripto Hol- ndiæ ſuę Chronico, mox iſta ſubnectẽs: *ius monaſterij Abbas primus dictus Rober- , homo fuit miræ ſanctitatis, & erat cogna- Regis Angliæ. Ob cuius reueren m idem Rex tranſmiſit Roberto Abba ſpecialia dona, videlicet calicem au- m, ornamentum Miſſæ valdè pretioſum, imentum Eccleſiæ valdè nobile, & quen- lapidem pretioſum ſaphyrum.* Ita Leida- .

Bea-

ANNO 1129.
Hugo Cameracenſis Norberto ſuccedit in Eccleſia Præmonſt.

Beatus porrò Norbertus iam Archiepiſcopus, Hugonem Cameracenſem primũ ſuæ paupertatis ac religioſæ vitæ ſocium, in Pręmonſtratenſi Eccleſia ſuũ deſignat ſucceſſorẽ: & ad Antuerpiensẽ & Foreſſiẽſẽ Eccleſias, alios duos Patres regẽdis fratrib. deſignat. Cõtinuator Sigeb. ſcribit id factũ an. 1129. Scriptor vitæ S. Norberti c. 48. ſubindicat, à nouiſſimo B. Patris ex Præmonſtrato diſceſſu, bienniũ amplius effluxiſſe, antequam hæc electio facta ſit. Atque Antuerpiam quidem miſſus *VValtmannus*; qui primus ad D. Michaelis eãdem in Vrbe Abbas obiit, vt patet ex epitaphio eiuſdem quod hodieque ſarcophago inſcriptum legitur his verbis: *Hic iacet Dominus VValtmannus, Primus Abbas huius Eccleſiæ, qui obiit an. Domini* M. C. XXXVIII. XVII. *Kal. Maij. Orate pro eo.*

Libet hic ſubiungere, quod Scriptor hiſtoriæ S. Norberti cap. 38. annotauit; nempè tres iſtos Abbates iam dictos, *Hugonem* Præmonſtratenſem; *Richardum* Floreffienſem; & *VValtmannum* Antuerpienſem, item *VValterum* Laudunenſem & N. Viuarienſem, ac poſtremo *Odonem* bonæ ſpei in Hannonia Abbatem (quem Hugo Præmonſtratenſis Abbas paulò poſt aduentum ſuum eôdem miſerat) hos, inquã,

ſex

ſex Abbates, religioſæ diſciplinæ diſſolu- ANNO
tionem metuentes, primo quaſi capitulo 1129.
indicto certo loco conueniſſe, & ſuperflua
quæque ſuis in domibus recidiſſe. Adhæc
ſtatuiſſe exemplo Ciſtercienſium, ſimilẽ
annuatim conuentum, ſeu congregatio-
nem habendam, ad ſiniſtra quæque corri-
genda, atque ſalutares leges conſtituẽdas.
Quod quidem, cum aliis in locis diuulga-
tum eſſet, factum eſt, vt cum primo anno
ſex non niſi adfuiſſent; ſecundo anno no-
uem, tertio duodecim, quarto decẽ & o-
cto Antiſtites Comitiis interfuerint, ſicq́;
paulatim multiplicata Præmonſtratenſis
familia per orbem ferè vniuerſum dilata-
ta eſt.

Annuatim Conuentum ſeu Capitulum generale celebrandum.

Porrò ſtatutum illud de Conuentu, ſeu
Capitulo annuo celebrãdo, & magni mo-
menti ſemper eſt habitum, ſic & inter ſta-
tuta vniuerſi ordinis Præmonſt. an. 1505.
typis euulgata, meritò eſt relatum his ver-
bis: *Sanè, vt ea, quæ in hoc libello ſcripta ſunt.
firmius teneantur, communi aſſenſu Patrum
ſtatutum eſt, vt ſemel in anno ſeſe viſitãdi gra-
tia, ordinis reparandi, confirmandæ pacis, &
conſeruandæ charitatis, omnes Abbates noſtri
Ordinis, vel ad minus duo de qualibet* Circa-
ria *per illam Circariam deputandi, qui veniẽt
expenſis Circariæ, niſi Dominus Præmonſtra-*

tenſis

ANNO 1129.

tenſis duxerit eſſe plures vocandos, pariter ad capitulum generale noſtri ordinis conueniant in Eccleſia Præmonſtr. & non alibi, niſi de aſſenſu Domini Præmonſtratenſis, & Capituli generalis aliter fuerit ordinatum. Dominica Cantate poſt Paſcha. Hæc ibi.

Eccleſia Deiparæ traditur Norberto Magdeburgi.

Anno circiter 1129. Magdeburgi in Eccleſia Deiparæ ſacra, amotis Clericis, ſeu Canonicis ſæcularibus, qui viginti numero ſub vnius Præpoſiti regimine reſidebant, ſui Ordinis fratres Norbertus collocat. Continuator Sigeberti vult id factum anno 1129. Scriptor autem vitæ S. Norberti ait demum poſt annos aliquot in Epiſcopatu tranſactos id à Norberto impetratum.

Cella Dei inferior, Virginum monaſteriũ.

Anno 1130. *in Cella Dei ſuperiore* (de qua ſuprà diximus anno 1128.) *Embricone* Epiſcopo Herbipolenſi conſentiente, conſtituta eſt & virginum Monialium Præmõſtratenſis inſtituti congregatio.

Initio enim plantationis Norbertinæ, multis vtriuſque ſexus hominibus eã amplexantibus, id ferè ſeruatum eſt (quod Brigittanę famili ę Religioſi hodieque obſeruant) vt Monachorum collegio vicinum adeoque contiguum, ſubinde Virginum ſacrarum domicilium exiſteret, ſicq; (vt Iacobi Vitriaci Card. verbis vtar)

quaſi

quaſi ex duobus virorum & mulierum parie-tibus, vno angulari lapide coniunctis, iucun-dum Deo conſtructum eſſet habitaculum. Sic & in ipſo Pręmonſtratenſi archicœnobio Moniales quoque à B. Norberto colloca-tas fuiſſe, conſtat ex diplomate quodam Cæleſtini II. Pontificis Max. ad Hugoné Abbatem Præmonſtrat. Romæ VIII. Id. Decem. an. 1143. dato; cuius exéplar Auer-bodienſes nobiſcum communicarunt. Sic in Belgicis quoque monaſteriis, nomina-tim Antuerpienſi & Parcenſi Virgines ſeu conuerſas olim reſediſſe, ipſa monaſterio-rum vetera monumenta teſtantur.

ANNO 1128.

Sed vitandis periculis ac ſcandalis, po-ſtea id communi Patrum decreto immu-tatum eſt. Qua de re vide infrà an. 1198. & 1244.

Redeo ad *Cellam Dei ſuperiorem*, in qua quidem locus monialibus deputatus, *Pa-radiſi* nomine appellabatur Sancti Micha-elis Archangeli patrocinio conſecratus. Sed ad prohibenda ſcandala inde emer-gentia, pòſt in locum nonnihil à Mona-chorum habitatione diſſitum ad Menum fluuium Virginum Monaſterium tranſ-latum eſt, dictumque *inferior Dei Cel-la*. Cuius quidem Præfectas recenſet

Caſpar

ANNO 1130.

Caſpar Bruſchius, in Catalogo Monaſteriorum Germaniæ, de Cella Dei ſuperiore agens. Addit idem hoc Monialium cœnobium anno circiter 1530. mutatum eſſe in Præpoſituram Monachorum, excluſo ſexu fœmineo.

Albero creatur Epiſcopus Virdunēſis.

Albero vir nobiliſſimus ac Prudentiſſimus (cuius ſupra anno 1128. meminimus) anno Chriſti 1130. creatur Epiſcopus 46. Virdunenſis in Lotharingia. Fuit illi magna cum Sancto Norberto familiaritas; quo factum, vt & Ordinis Præmôſt. fautor eximius extiterit & multorum fundator Monaſteriorum. Ac primum in Monaſterio S. Pauli apud Virdunum, amotis Benedictinis, Præmonſtratenſes, ſubſtituit: Innocentio II. Pontif. Max. approbante. Quod mox ita floruit, atque accreuit, vt trecenti in eo eſſent alumni Religioſi.

Abbatia S. Pauli Virdunenſis in qua olim trecenti floruêre religioſi.

Erexit inſuper idem Albero ſuis ſumptibus, tria alia Præmonſtratenſis ordinis cœnobia, nempè *Bellum Vallem*, in ſilua Tullenſi. Alterum apud Hattonis caſtrū, quod *Stagnum* vocant, & tertium apud opidum, quod *Artus Villa* dicitur, in valle Geneſii *Richardus VVaheburgius lib. 4. Antiquit Galliæ belgicæ.* Qui eodem loco aſſerit, viceſimo ab inſtitutione Ordinis

Bellavallis.

Stagnum.

Præ-

Præmonſtratenſis anno numerata fuiſſe huius familiæ monaſteria facilè ſeptuaginta.

ANNO 1130.

Ioanne Epiſcopo Morinenſi an. 1130. defuncto magna pars populi Balduinum, Theodorici Flandriæ Comitis fratrem, natu iuniorem, Epiſcopum poſtulauit. Sed cùm eum ad hanc functionem minus idoneum Remenſis Archiepiſcopus, & & Suffraganei iudicarent, eſt electus à Clero venerabilis Milo, inſtituti Præmonſtratenſis Abbas S. Iudoci in Nemore, conſecratuſque eſt ab Archiepiſcopo Remenſi xv. Kal. Mart anno 1131. *Ioannes Iperius in Chronico manuſcripto Bertinenſi.*

Milo Abbas S. Iudoci in Nemore fit Epiſcopus Morinenſis.

De Milone iſto, itemque Norberto, ac Bernardo Clareuallenſi, vulgare illius ætatis iudicium atque elogium fuit: In *Norberto* fides, in *Bernardo* charitas, in *Milone* humilitas fuit. Vide continuatorem Sigeberti Scriptorem vitæ S. Norberti, c. 5. & Iacobum Meyerum in Annalibus Flandriæ.

Fuit autem Taruana Morinorum veterum vrbi mediterranea, Flādriæ titulo ex Caroli Calui donatione comprehenſa, cum vniuerſo terrarum tractu, qui Samona & Scaldi fluminibus circumſcribitur. Quam vrbem cùm annos multos Re-

ANNO 1131. ges Galliæ tenuiſſent, atque in Flandriæ Arteſiæque perniciem communiuiſſent, Carolus V. mperator eam poſt bimeſtrẽ obſidionem expugnauit, funditusque excidit, poſtridie Kal. Iunii anno 1553. Sedis autem Epiſcopalis portio vna Bononiam ad Oceani ripam, altera partim Ipras Flãdrorum, partim Audomaropolim Arteſiæ translata eſt.

Vrbis huius Epiſcopos, inter quos hic *Milo* ordine triceſimus fuit, recenſet Antonius Monchiacenus Demochares lib. de SS. Miſſæ ſacrificio.

Cæterùm *Milo* iam Epiſcopus creatus, multisque negotijs implicitus, zelum tamen ſuæ religionis propagandæ nequaquam dimiſit. Itaque eodẽ ipſo anno, quo cõſecratus eſt Epiſcopus, *Selincurtenſe* D. Petri monaſterium fundauit. Quod quidem anno 1444 exuſtum, poſt inſtauratum eſt, ex hoc monaſterio celebris ſodalitas *Lacrymæ Chriſti*. Vnde in Miſſali Præmonſtrat. eſt peculiaris Miſſa de Lacryma Chriſti.

Selincurtiũ (margin)

His tẽporibus Ordo Canonicus Præmonſtratenſis, & monaſticus Ciſtercienſis, quaſi duæ oliuæ in conſpectu Domini pietatis lumen & deuotionis pinguedinem, mundo miniſtrabant, & quaſi vites fru-

fructiferæ, religionis palmites circumquaque propagabant, & per vniuerſum penè Chriſtianum orbem nouas Abbatias conſtruebāt. Vnde & in Siriam ac Palæſtinam, è Præmonſtrato fratres miſſi, nonnulla ibidem monaſteria ædificarunt.

ANNO 1131.

Præmõſtratenſium ordo in Siriam ac Palæſtinam propagatus.

Erat itaque circa hæc tempora pulchra & decora Eccleſiæ facies, diuerſorum Ordinum ac Profeſſionum circumdata varietate, dum hinc Præmonſtratenſes, inde Ciſtercienſes, illinc Cluniacenſes Monachi, diuerſi item habitus ac Profeſſionis Sanctimoniales, ac Deo deuotæ mulieres, in continentia ac paupertate ſub obedientiæ iugo regulariter viuentes, feruore religionis ſe mutuò prouocarent, & noua certatim diuerſis in locis monaſteria conſtruerent. Cum his & Carthuſiani monachi, itemque milites Hieroſolymitani, ac fratres Hoſpitalarij, auctis quotidie copiis, per orbem vniuerſum ſeſe diffundebant.

Anno 1131. conditum eſt *Liſquenſe* cœnobium, à *Roberto* Liſquenſi, viro clariſſimo, qui cum filijs quatuor regularem ibi profeſſus eſt vitam: quod monaſteriū poſtea *Milo* Epiſcopus Morinenſis attribuit Monachis Præmonſtratenſib. Abbate illis

Liſquenſe monaſteriū

 dato

ANNO 1231.

dato Henrico. Item Meyerus in Annalibus Flādriæ. Iperius in Chronico Bertinenſi paulò aliter hæc refert: Robertus, inquit, *Barbatus anno 1131. in terra ſua de Liſques Eccleſiam fundauit in honorem B. Mariæ Virginis, & in ea IV filios ſuos Canonicos ſæculares, ſeipſum quoque quintum Præpoſitum inſtituit, & præbendas aſſignauit in honorem ſancti ſepulchri Domini. Ad quod viſitandum cum ſuis IV filiis prædictis pergens de ſæcularibus Canonicis Regulares fecit & Can. VVatinenſibus ſubdidit. Sed Milo Morinorum Epiſcopus in plena Synodo, & conſentientibus Canonicis VVatinenſib. prædictis mutauit eos in Præmonſtratenſes, quos è Monaſterio S. Martini Laudunenſis adſumpſit, eisq; Dominum Henricum eiuſdem Eccleſiæ S. Martini monachum præfecit Abbatem anno Domini* CIↃ. CXXXI. Hactenus Iperius. Eſt autem Liſquēſe opidum apud Caletes, in finibus regni Galliæ ſitum.

Norbertus Remos ad Innocentiū II proficiſcitur.

Hoc verò tempore, cùm Remos in Galliam Epiſcopi nationum omnium, ad Concilium pro exſcindendo ſciſmate, à Petro Leone aduerſus Innocentium II. legitimum Honorij II. ſucceſſorem excitato, conuocati eſſent, eodem & Norbertus ſe contulit. Vbi non modo pro publica Eccleſiæ vniuerſæ cauſa ſtrenuum ſe geſſit, ſed & ordinis ſui priuilegia à Prioribus

aliquot

aliquot Pontificibus Maximis confirmata, ab Innocentia rurſus approbanda augendaque curauit. *Scriptor vitæ eius cap. 49.*

ANNO 131.

Circa hæc tempora excitatum eſt cœnobium D. Euodio ſacrum à Domina *Agnete*: Comitiſſa Branenſi, in diœceſi Sueſſionenſi, multis Principum ſepulchris, ac vitreis feneſtris à Regina quadam Angliçeò miſſis, inſigne: maxime verò glorioſum ob ſacratiſſimam hoſtiam corporis Chriſti, quæ anno 1133. in ſpecie viſibili cruci adfixus apparuit, ad confundendam Iudæorum perfidiam, qui tum præſentes erant, & quorum conuerſionem procurabat dicta Comitiſſa. Quo viſo miraculo, Iudæi in Chriſtum baptizati ſunt, hoſtiaque ibidem maximo cum cultu ac veneratione aſſeruatur & à peregrinis viſitur. Contigit hoc Henrici Archiepiſcopi Remenſis, Anſelmi Epiſcopi Sueſſionenſis, & Petri Abbatis Brandenſis temporibus: *Sic Seruatius Laruelt in Catalogo Cœnobiorũ Ord: Præmonſtrat.*

S. Euodij Monaſteriũ in diœceſi Sueſſionenſi.

Miraculo venerabilis Sacramẽti cõuertuntur Iudæi.

Floruit iiſdem temporibus B. Garenbertus, Abbas monaſterii Bocrenſis, quod hodie *Mons S. Martini* vulgò appellatur in diœceſi Cameracenſi, ad cuius montis pedem Scaldis fluuius celeberrimus ſuam

Garẽbertus Abbas Montis S. Martini in diœceſi Cameracenſi.

ANNO 1231.

dato *Henrico. Item Meyerus in Annalibus Flādriæ. Iperius in Chronico Bertinenſi paulò aliter hæc refert: Robertus*, inquit, *Barbatus an-anno 1131. in terra ſua de Liſques Eccleſiam fundauit in honorem B. Mariæ Virginis, & in ea IV filios ſuos Canonicos ſæculares, ſeipſum quoque quintum Præpoſitum inſtituit, & præbendas aſſignauit in honorem ſancti ſepulchri Domini. Ad quod viſitandum cum ſuis IV. filijs prædictis pergens de ſæcularibus Canonicis Regulares fecit & Can. VVatinenſibus ſubdidit. Sed Milo Morinorum Epiſcopus in plena Synodo, & conſentientibus Canonicis VVatinenſib. prædictis mutauit eos in Præmonſtratenſēs, quos è Monaſterio S. Martini Laudunenſis adſumpſit, eiſq; Dominum Henricum eiuſdem Eccleſiæ S. Martini monachum præfecit Abbatem anno Domini* CIↃ. CXXXI. Hactenus Iperius. Eſt autem Liſquēſe opidum apud Caletes, in finibus regni Galliæ ſitum.

Norbertus Remos ad Innocentiū II proficiſcitur.

Hoc verò tempore, cùm Remos in Galliam Epiſcopi nationum omnium, ad Concilium pro exſcindendo ſciſmate. à Petro Leone aduerſus Innocentium II. legitimum Honorij II. ſucceſſorem excitato, conuocati eſſent, eodem & Norbertus ſe contulit. Vbi non modo pro publica Eccleſiæ vniuerſæ cauſa ſtrenuum ſe geſſit, ſed & ordinis ſui priuilegia à Prioribus

aliquot

aliquot Pontificibus Maximis confirmata, ab Innocentia rurſus approbanda augendaque curauit. *Scriptor vitæ eius cap. 49.* ANNO 131.

Circa hæc tempora excitatum eſt cœnobium D. Euodio ſacrum à Domina *Agnete*: Comitiſſa Branenſi, in diœceſi Sueſſionenſi, multis Principum ſepulchris, ac vitreis feneſtris à Regina quadam Angliæ cò miſſis, inſigne: maxime verò glorioſum ob ſacratiſſimam hoſtiam corporis Chriſti, quæ anno 1153. in ſpecie viſibili cruci adfixus apparuit, ad confundendam Iudæorum perfidiam, qui tum præſentes erant, & quorum conuerſionem procurabat dicta Comitiſſa. Quo viſo miraculo, Iudæi in Chriſtum baptizati ſunt, hoſtiaque ibidem maximo cum cultu ac veneratione aſſeruatur & à peregrinis viſitur. Contigit hoc Henrici Archiepiſcopi Remenſis, Anſelmi Epiſcopi Sueſſionenſis, & Petri Abbatis Brandenſis temporibus: *Sic Seruatius Laruelts in Catalogo Cœnobiorũ Ord: Præmonſtrat.*

S. Euodij Monaſteriũ in diœceſi Sueſſionenſi.

Miraculo venerabilis Sacramẽti cõuertũtur Iudæi.

Floruit iiſdem temporibus B. Garenbertus, Abbas monaſterii Boerenſis, quod hodie *Mons S. Martini* vulgò appellatur in diœceſi Cameracenſi, ad cuius montis pedem Scaldis fluuius celeberrimus ſuam

Garẽbertus Abbas Montis S. Martini in diœceſi Cameracenſi.

F 3 habet

ANNO 1132.

habet ſcaturiginē. De B. Garenberto hæc habet Iacobus Meyerus in Annalibus Flādriæ. *De ſanctimonia D. Garenberti hoc modo ſcriptum inuenio. Circiter annum ſalutis 1100. fuit in agri Furnenſis pago, cui Vulpen nomen, quidam Beldralanus cum vxore Raganilde, homines ſecundùm conſuetudinem eius religionis liberi, mediocriter locupletes Hu fuit filius nomine Garenbertus, bonæ indolis puer, qui apud Canonicos S. VValpurgis in oppido Furnenſi traditus liberalibus diſciplinis, ita ibi verſatus eſt, vt ea, quibus tenella ætas implicari ſolet, vitia omnia fugeret. Hic domo egreſſus paterna, vt gallicam addiſceret linguam, Cameraci habitauit quadriennio: deinde habitauit in oppido S. Quintini, ſeruiens ibidem cuidam nobili viro Oglardo nomine, aliquanto tempore. Seceßit dehinc in ſiluam ab Oglardo ſibi traditā, Boenij vulgò nominatam: vbi diſcipulos congregans, tanta vixit ſanctitate, vt ab Lietardo Epiſcopo Cameracenſi primus creatus ſit Abbas Boenenſis Eccleſia.*

Hactenus Meyerus Eſt autem Lietardus iſte, creatus Epiſcopus Cameracenſis anno circiter 1131. reſeditque in ea ſede, tres duntaxat annos. Ex quo patet, quo ferè anno Beatus Garenbertus creatus ſit Abbas. Agit & Ioannes Molanus in natalibus Sanctorum Belgij ſub finem de

Beato

Beato Garenberto: qui eum ab eius loci incolis, quanquam nondum more Gallicanæ Eccleſiæ è terra eleuatum, S. VValimbertum dici aſſerit. ANNO 1132.

Circa hæc tempora conditum eſt in Bohemia *Siloenſe* monaſteriū, à *Sobieſlao* Bohemorum Principe, teſte Ioanne Dubranio lib. 11. hiſtoriæ Bohemicæ. Quod quidem non ab initio, ſed poſtea Præmóſtratanis traditum crediderim, quod *Strahouienſe*, ſeu Montis Syon primum & antiquiſſimum habeatur, huius Pręmonſtratani apud Bohemos monaſterium. *Siloe in Bohemia.*

Anno circiter 1133 Auerbodienſe monaſterium milliari vno à Sichenis, Brabātiæ oppido diſtans, fundatum eſt ab Arnoldo Comite Loſſenſi, eiuſque filio Ludouico Canonicis Antuerpiæ ex D. Michaelis monaſterio euocatis, & Andrea quodam Abbate primo cóſtituto. Quam fundationem Innocentius II. Pontifex Maximus diplomate ſuo, anno Chriſti 1139. Pontificatus ſui decimo confirmauit. *Auerbodiū in Brabantia propè Sichem.*

Eſt verò monaſterium hoc in finibus Brabantiæ & Loſſenſis ſeu Leodicenſis ditionum ſitum: adeò vt communi fratrum ſuffragio electus Abbas, atque à Brabantiæ Duce nominatus, poſt impe

ANNO 1133. tratam à Generali Ordinis Præfecto confirmationem, à Leodicenſi Epiſcopo conſecratur, eidemque vt ordinario ſubſit. Quo fit, vt Abbas Auerbodienſis in Comitiis Brabanticis, & ſuum inter proceres Eccleſiaſticos locum habeat, & apud Leodicenſes titulo atque honore Canonici Eccleſiæ cathedralis S. Lamberti etiamnum gaudeat.

Inter cæteras autem Laudes Abbatiæ Auerbodienſis non minima eſt, duplicem quaſi fœtum ex ea natum, virilem vnum, fœmineum alterum.

Mons S. Ioannis apud Maſeycam ditionis Leodicenſis.

Andreas namque primus Auerbodienſis Abbas, diducta quaſi Colonia, fratres aliquot in monte S. Ioannis apud Maſeycam ditionis Leodicenſis opidum, cum honeſta dote conſtituit, *Giſelberto* quodam Abbate eis dato. Quod monaſterium vt & Auerbodienſe, Cæleſtinus Pontifex Max. priuilegiis communiuit. Rapaci tamen quorundam iniuria & fortuito incendio accedente, factum eſt, vt locus iſte paulatim à fratribus dedereretur; nullumque hodie præter ſacellum ac villam monaſterii veteris, exſtet veſtigium. Alter fœtus felicior, magiſque vitalis fuit. Eſt is illuſtre Monialium nobilium monaſterium in Comitatu Hornenſi apud Rure

mun-

mundam, Geldriæ vrbem ſitum, vulgò Keyſersbuſch Latinè *Cæſareũ nemus* nuncupatum: qui locus anno circiter 1225. ſacris Virginibus ab Auerbodienſibus eſt traditus, qui ibidem hodieque Præpoſitum ſeu Rectorem monialium ſuo iure conſtituunt. Habet autem Auerbodienſe monaſteriũ, annexos ſibi paſtoratus, ſiue curas parochiales ferè ſex & viginti; in quibus eminet cura paſtoralis opidi Venlonenſis, ad Moſam fluuium in Geldria & municipii VVeſemalienſis, in Brabantia.

ANNO 1133.

Nemus Cæſareũ apud Ruremundam Virginum monaſterium.

Habet annexos paſtoratus ferè 26.

Lotharius Imperator ſacra in Italiam expeditione parata, vnà cum Epiſcopis & Archiepiſcopis, aliiſque Præſulibus (inter quos vt duo ſidera Norbertus & Bernardus Abbas Clareuallenſis eminebant) Innocentium II. Papam Romam deducit, pulſoque Petro Leone Antipapa, eum in ſede Pontificia collocat. *Continuator Sigeberti & ſcriptor vitæ eius, cap 52.*

Norbertus Romam cũ Innocentio II. Pont. & Lothario Imp. proficiſcitur.

In hac ſacra expeditione Norbertus Eccleſiæ ſuæ Magdeburgenſi ab Innocentio II. Papa, & Lothario Imp. cui ob vitæ integritatẽ atque in dandis conſiliis prudentiam gratus admodum acceptuſque erat, Primatus titulum impetrauit. Eſt enim Magdeburgenſis Eccleſia præ cæte-

Primatus titulum Eccleſiæ Magdeburgenſi impetrat.

ANNO 1133. ris Moguntina, Colonienſi, Treuerenſi, Salisburgenſi, Bremenſi, & Rigenſi Germaniæ Archiepiſcopalib. Eccleſijs, Primatus nomine per vniuerſam Germaniã iã olim honorata. Qua de re Conradus Celtes Albim fluuium, ad quem Magdeburgum ſitum eſt, deſcribens ita canit:

Eius & ad ripas Magdeburgum nobile ſplendet
De ſeptem ſacris ſedibus vna nitens.
Condidit hanc primus Cæſar, qui dicitur Otto,
Otto Saxonicæ gloria prima plagæ.

Ita Gaſpar Bruſchius in Catalogo Monaſteriorum Germaniæ, vbi *Cellam Dei ſuperiorem* deſcribit.

Obitus S. Norberti. ANNO 1134. NORBERTVS ab expeditione Italicã, cum Lothario Imp. in Germaniam reuerſus, haud multò pòſt Magdeburgi infirmitate corripitur, quâ mẽſes quatuor laborans, anno Epiſcopatus ſui octauo, data aſtantibus fratribus benedictione, integris ſenſibus & ſancto Spiritu plenus, piè in Domino obdormiuit 8. Idus Iunij, Anno Incarnationis Dominicæ 1134. feria 4. Pentecoſtes, Pontificatus Innocentij II. anno quinto, Regni Lotharij IX. Oborta poſt beati viri obitum de ſepulturæ loco inter Clericos maioris Eccleſiæ, & fratres Eccleſiæ B. Mariæ piâ contentione; res ad Lotharium Imperatorem

delata

delata eſt, cuius iuſſu in monaſterio S. Mariæ apud fratres ac filios, quos Chriſto genuerat, eſt conditus. Iacuit itaque annos aliquot in medio monaſterij, ante aram S. Crucis: quem vt ante oculos pij ſemper haberent filij, inde ad ..... templi ſui, (vulgò Chorum vocant) tranſtulerunt, vbi hodieque ante aram ſummam quieſcit. *Continuator Sigeberti, Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, & ſcriptor vitæ eius cap. 52. & 53.* ANNO 1134.

Cæterùm libet hoc loco inquirere, quis ſit auctor hiſtoriæ ſeu vitæ S. Norberti à Laurentio Surio editæ, quæque paſſim (auctior tamen ac prolixior) extat manuſcripta, non addito auctoris nomine. Zacharias Lippeloius in Tomis de vitis Sanctorum à ſe editis, eam falsò adſcribit *Hugoni Floreffienſi*, quem conſtat anno demum milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſeptimo floruiſſe, vt infra ſuo loco dicemus. Alij *Hugoni Cameracenſi*, qui beato Norberto in Præmonſtratenſis Eccleſiæ præfectura ſucceſſit, eam attribuunt. Et verè fortaſſis: Niſi quod contra facere videtur, eum cap. 13. piæ & ſanctæ cõuerſationis hominẽ nũcupari: quod elogiũ ſibi vtiq; vir modeſtiſſimus

Quis auctor hiſtoriæ ſeu vitæ S. Norberti à Surio edita.

ANNO 1134.

mus non videtur attribuiſſe. Vt vt ſit, illud certò conſtat ex capitibus 18.29.35.& 54. fuiſſe ſcriptorem hunc ex primis B. Norberti ſociis, eidemq́ue admodum familiarem conuixiſſe. Verba capitis 54. quibus hiſtoriam concludit, hic ſuffecerit attexuiſſe. *Sed dicet aliquis*, inquit, *audio, quod ſcriptum eſt, verùm autem ne ſit, hoc ſcriptum dubito, quia mihi incertum. Crede, ſi vis, veritatem rei geſtæ in Chriſti veritate ſcriptor exhibet: quia aut vidit ea, quæ de ipſo ſcripſit, aut audiuit à viris relatoribus, qui viderunt, & adhuc viuebant, quando præmiſſum opus per hoc ſcriptum memoriæ commendauit, præter quædam, quæ ab ipſo didicit, quæ geſſit, antequã exiret de terra, & cognatione ſua.*

Adhæc phraſis ſeu dictio, itemq́ue vocabula gallica, quibus auctor paſſim vtitur, ipſum natione Gallum fuiſſe commonſtrant.

Tungerloa in Brabantia haud procul Dieſtemio.

Monaſterium Tungeloenſe (à veteribus Tungris huiuſce tractus incolis nomen habens) conditur in Brabantia anno 1134. Fratribus ex Abbatia S. Michaelis Antuerpienſis eòdem euocatis, & *Henrico* quodam primo Abbate conſtituto. Fundator monaſterii primus fuit vir plebeius & diues, nomine *Giſelbertus*: qui ſe ſuaq́ue vniuerſa Deo tradens, ibidem religioſus

ſeu

ſeu conuerſus(vt vocant)factus eſt. Poſt à variis Principibus dotatum, atque à Ioanne II. Brabantiæ duce anno 1297. in clientelam ſuſceptum, in opidi ferè magnitudinem excreuit: adeò vt inter Brabantiæ hodie monaſteria, amplitudine atque ędificiorum apparatu excellat. Eſt in eo inſignis veterum manuſcriptorum librorum Bibliotheca. Itemque ædicula cuſtodiæ SS. Corporis Dominici deputata ex alabaſtrite artificioſiſſimè fabrefacta. ANNO 1134.

Solent autem Tungerloe ſeptuaginta ferè aut octoginta Religioſi eſſe: quorum plerique per Campaniam Brabantinam curis paſtoralibus præfici conſueuerunt, idque magno Eccleſiæ bono. Habet enim Tungerloenſe monaſterium annexas ſibi parochias amplius triginta præter ſacella minora.

Octoginta plerũque religioſi olim in ea.

Laudantur inter Abbates Tungerloenſes *Ioannes à Suchenis*, Abbas XXIV. qui Dieſtemii, quod Brabantiæ eſt opidum, Canonicorum collegium an. circiter 420. fundauit, dotauitque. *Arnoldus* item *Streyters*, Diſtemius, qui ampliſſima ædificia ab Antonio *Tſgrote*, Oſtrouirano inchoata, perfecit, auctaq; in immenſum Bibliotheca viros eruditos domi foriſque liberaliſſimè fouit. Domi quidem Theolo-

gíæ

ANNO 1134. giæ Profeſſores habuit *Cornelium Ianſenium* poſt Gandauenſem Epiſcopum, & *Cornelium Vranxium*, Columbanum. Ex Canonico & Pœnitentiario Gandauenſi ad D. Petri eâdem in vrbe Abbatem Blandinienſem.

Eſt autem Tungerloa ſita tertio ferè milliari ab Arſcoto, Brabantiæ oppido, Ducali Croianæ familiæ titulo illuſtri. Fuit verò Abbatia hæc Tungerloenſis à Pio IV. Pontifice Max. Epiſcopatui Siluæducenſi vnita, *D. Franciſco Sonnio*, & *D. Laurentio Metſcio*, Epiſcopis Siluæducenſibus, ſimulque Abbatibus Tungerloanis exiſtentibus. Sed tempore *D. Clementis Crabbelij*, tertij Epiſcopi Siluæducenſis, Abbatia ſeiuncta eſt ab Epiſcopatu, certa dote annua Epiſcopo aſſignata.

ENCOMIVM ABBATIAE Tungerloenſis ex IOANNE GOROPII BECANI originibus Antuerpianis.

TVNGERLOVM *in vaſta quidem ſolitudine ſitum eſt, ſed tale tamen ac tantum, vt magnificentia ſua regia omniũ animos atque oculos in ſe conuertat: & quicquid tandem è ſabulone ſterili & longo latoq́; eri cetorum tractu iter hac habentes contraxerint;*

ANNO 1134.

tint; id amœnitate ſua inexſpectata inſperataq; genium diſcutiat & expurget. Procul à campeſtri & raſa planitie intuentibus, denſiſſima altiſſimaq; ſilua ſeſe oculis effert; quæ niſi occultum ad ſitum altiſſima turris prima procul intuentibus ſe proderet, declinanda fugiendaq; vt latronum vel ferarum ſedes videretur. Iam propius aggreſſis vetuſtæ quercus & rectis caudicibus cœlum petentes ſe oſtentant: quæ tam arctis inter ſe & anguſtis ſpatijs comprimuntur, vt altera alteri locum non relinquat: alimentum in ramorum tabulata diffundendi. Quæ de re fit, vt & altiſſimum & rectiſſimum auctum cuſtodiant. Hic tum ſtatim peruidetur, ab ijs ſaltem quibus nec mens, nec oculi deſunt, nõ ſolius naturæ hoc opus eſſe, ſed arbuſta hominum induſtria olim conſita, & diligenti cura in ſterili ſolo educata. Non igitur luſtra hîc inde beluarum, ſed ſtatio hominum diligentiſſimorũ exſpectatur in progreſſu videda. Porrò ſimul ac robora hæc ſublimia ac denſis conſertim inter ſe cõnexa ſubieris, neſcio quem metum animus perſentiſcat, atq; perinde te ſiſtes affici, ac ſi in anguſtũ aliquod fanũ ſis ingreſſus. Vmbra .n. illa quercetorũ obſcura, & opaca luci ſenſum venerandum, vt omnibus religionem quandã ſerit, & quaſi horrorem incutit, ita doctis viris Dodonæam ſiluam in mentem reducit; cuius quercus ita fuere diuinæ, vt oracula ederent, & conſu-

lenti

ANNO 1134.

lentibus ſua fata Cātarent. Et optime ſane Dodone in mentem venit. Quemadmodum dum illic ampliſsimum celeberrimumq́; Ioui templum fuit; ita & hic eſt omnium pulcherrimum & ornatiſsimum D. Virgini ſacrum. Vbi namq; è caligine lucorum ingentium emerſeris in locum venitur illuſtrem, qui foſsis vndique & muris longiſsimo ſpatiorum circuitu cinctus, nō templum, ſed integram ciuitatem videtur continere. Quæcunque enim ad hominum vitam ſunt neceſſaria, in eo parantur; quibus cum munitio accedat. & iuſtus hominum numerus non video, quid ad opidi nomen deſideretur. Relinquo igitur omnium artium officinas, nec commemoro ædificia magnifica hoſpitibus & parata & inſtructa; nec Abbatis palatium attingo; nec monachorum enumero commoditates, & varia domicilia, alia alijs horis & vſibus ſeruientia; omnia hæc, quia plura ſunt, quàm mihi ſit compertum, & in alijs etiam monaſterijs, licet non paria, inueniantur, miſſa facio: duo tātum maximè admiror templum & bibliothecam. Templum enim tale eſt, vt vix inuenias, quod illi compares: pendet tectum lapideum ſublimibus columnis. cuius fornices ſi ſuſpicias, oculi caligant, tam immanis eſt altitudo: & quamuis columnarum multitudo magna ſit, & ornamentorum ingens copia, totum tamen eſt tam illuſtre, vt non foris plus, quàm intus lucis

Magnificētia Templi.

affu-

affulgeat. Calati marmoris & ſtatuarum non tam numerus, quàm ars eſt admiranda. Inter cæteras picturas vnam habet ingentem tabulã, cuius ſolius gratia, tametſi cætera omnia deeſſent, facilè huius regionis magnificentiſsima etiam templa, quæ nuſquam gentium, quàm apud nos vel plura ſunt, ornatiora, vel ſuperaret. Huic adhærent porticus ingentes, altiſsimis etiam pilis ſuſpenſa. Duo imprimis admiratus ſum monaſteria, extra regionem noſtram Guadalupium, *in quo ad quatuor menſes iucundè ſum Palladi & Apollini Herbario operatus: Alterum* Caſſinate, *cui & villa Varonis oppido ſubiecto, à Sancto Germano nomen ab optimis artibus, gratiſsima mulierculis Palladia artis ſtudioſis ſuppellectile ſortito: hebdomadam vnam ad videndum impendi. Quorum vtrumque, vt diuitÿs & cæteris rebus ad magnificentiam ſpectantibus, quantumuis videri queat ſuperius; templi tamen ſtructura & ornatu ambo longè ſunt inferiora. Monſtrent ſculpturas picturasq;, monſtrent caligantẽ teſtudinis ſupremæ altitudinẽ mõſtrẽt ſacellũ corpori dominico dedicatum, monſtrent altiſsimas picturatasq; vitreas feneſtras: Monſtrẽt organa muſica: his omnibus, ſcio ſuperabuntur: Sed præter hæc vnum eſt, in quo indigna ſunt, vt huic noſtro conferantur: Horologium enim habet* Tongerloum *hoc tamen campanarum*

ANNO 1133.

Porticus ampliſſima.

Ædicula Venerab. Sacramẽti. Horologiũ admirandũ

ANNO 1133. *numero & varietate tenorum admirandum; quod carmina multiplici ſonorum concentu, non ſecus, atqui organum modulatur prius quã horas maxima campana ſonoro ſuo vaſtoq; indicet bombo, Dodonæo æri longè præferenda,*

Bibliotheca *Atque hæc quidem obiter de templo, Bibliotheca verò in nullo vnquam monaſterio par viſa eſt. ſiue ipſius magnitudinem ſiue librorum varietatem ſpectes. Videre igitur nunc licet ingentes illas vmbroſasq; quercus, verùm Dodonæ & templi & oraculi ſymbolum fuiſſe. Vnde enim rectius veritatem petas, vel de ijs quæ ad Religionem ſpectant, vel de alijs, quæ vitæ vſibus ſunt neceſſaria; quam aut è pijs doctiſq; viris, aut è multis omnium rerum diuinarum humanarumq; magiſtris? Habemus ergo in campeſtri noſtra Brabantia in Ambiuaritorum & Tungrorum finibus antiquis, Dodonæum hacte nus & templum & oraculum; quod Deus Opt. Max. faxit, vt nunquam bonis, pijs, eruditisq; viris florere ceſſet. quo pagatim per ericetorum ſolitudinem habitantem, & vitæ exemplo & verbo Dei paſcat.*

Inter picturas à Goropio laudatas, eminet ea. quæ Chriſti crucifixi hiſtoriam repræſentat, ex Prototypo Middelburgenſi *Ioannis Mabuſii*, præſtantiſſimi, inter Belgas pictoris deſumpta. Item hiſtoriæ cœnæ Dominicę, ab optimo

item

item Pictore Italo expreſſa, ad quas aliaſque viſendas & Noſtrates & exteri ſæpè pictores Tungerloum excurrunt. ANNO 1134.

FOLCOLDVS Princeps ditionis Moſam inter & VVahalim fluuios ſitæ, & Comes in Teiſterbandia (quæ ditio olim Heusdanum tractum, & Altenaenſem, itemque Pommelanam Inſulam continebat) in grauiſſimo vitæ periculo, hoſtibus inſequentibus, conſtitutus, equo inſidens, in Moſam fluuium præcipitem ſe dari coactus, Deo vouit, monaſterium ſe exſtructurum, ſi flumen tranſmittere periculumque euadere concederetur. Voto itaque facto, tradunt viſam Deiparam, tergo equi, quo Folcoldus vehebatur inſidentem. Folcoldus itaque ab vndis & hoſtibus liberatus, *Andrea* Vltraiectenſi Epiſcopo probante, caſtrum ſuum Bernam, in monaſterium conuertit, anno 1134. fratribus aliquot *ex Inſula Beata Maria* aduocatis. Quos inter & ipſe fundator conuerſus (vt vocant) annos quindecim vixit, ſanctequè obiit, Beſſela Summerenſi vxore eius conſentiente: quæ & ipſa ſeculo renuntians, inter Moſam & VVahalim fluuios, in loco, qui *VVortt* dicitur,

ANNO 1134. monaſterium itidem exædificauit; in quo Virginibus 70. eiuſdem candidi ordinis inſtitutum amplexis, Abbatiſſa laudatiſſimè præfuit.

Berna ſecũdo à Buſcõducis lapide

Cæterùm *Berna* ad Moſam fluuium ſecundo à Siluæducis Brabantiæ vrbe milliari ſita eſt: cuius loci Abbas & religioſi, ob bellorum iniurias Siluæducis hodie agunt, monaſterio Bernenſi ab hæreticis ferè vaſtato.

Primorum autem fratrum, qui ex Inſula Mariæ, à *Roberto* eius loci Abbate Bernam miſſi ſunt, nomina hæc fuëre, *Euerhardus Ornefus* Euerardi frater: horũ conſobrinus *Ornefus* iunior, & *Gerardus*, qui Bruxellis in Brabantia nati, liberalibus ſtudijs egregiè erant inſtructi. Primus Abbas electus eſt *Euerardus*, qui cum 34. annos ſumma ſanctitate præfuiſſet, obijt XVIII. Kal. Octob. Anno 1168. Sub hoc Abbate floruit Bernæ *Theodoricus*. vir optimus & doctiſſimus, qui *Homelias* aliquot & *Hiſtorias* nonnullas conſcripſit: Qui quidem ante obitum, vna cum Odulpho ſibi amiciſſimo, à B. Virgine Maria meruit viſitari. *Hæc ferè nobis Bernenſes ex ſuis monumentis, & Ioannes Becanus in manuſcripto Chronico Vltraiectenſi ſuppeditarunt.*

Theodoric. Bernenſis ſcriptor.

Anno

Anno 1135. fundatum eſt monaſterium S. Andreæ in nemore Canonicis Pręmonſtratenſis ex monaſterio S. Iudoci in Nemore euocatis. Eſt hoc monaſterium ſitum ſeſqui milliari ab Heſdiniæ, Arteſiæ opido. ANNO 1135. *Monaſteriū S. Ioannis in Nemore prope Heſdinum.*

Monaſterium Seriacenſe, quod vulgò *Seriacum in pratis dicitur*. Fundatum eſt anno 1136. in honorem Deiparæ Virginis, fratribus primis ex S. Iudoci Nemore venientibus. ANNO 1136. *Seriacum in pratis.*

Anno 1137. apud Niniuen (Ioannis Deſpauterii celebris Grammatici patriam) Flandriæ opidum, quòd vulgò *Ninouiam* vocant, exſtruitur cœnobium DD. Cornelio & Cypriano ſacrum, à *Gerardo* Comite Stabuli, viro nobiliſſimo, filio Amalrici Comitis Stabuli, ſeu Magiſtro equitum Flandriæ. Qui Gerardus ibidem poſt mortem vxoris ſuæ Giſlæ monaſticum inſtitutum amplexus eſt, mortuuſq; iuxta vxorem Giſlam honorificè ſepultus. ANNO 1137. *Niniuenſis S. Cornelij Abbatia in Flandria.*

Primus eius loci Abbas fuit *Gerardus* Canonicus S Martini Laudunenſis: ſecũdus *Gerardus* Canonicus Parcenſis: Tertius *Gerardus* Canonicus Laudunenſis. *Ita Meyerus & Marchantius in Annalibus Flandriæ.*

ANNO 1137.

Sed Balduinus Niniuenſis in Chronico ſuo manuſcripto, quod apud Niniuenſes aſſeruatur, & monumenta eiuſdẽ loci paulò aliter, ex quibus non iſta deſumpſimus.

Cum hoc tempore Præmonſtratenſis ordinis ſuauiſſima conuerſationis opinio, Deo grata, & mundo plurimum cõmendabilis exiſteret, anno 1137. Niniuenſis Canonicorum trium ſecularium Eccleſia, ab Amelrico Niniuẽſi Principe, eiuſq; filio, itẽ Almerico iã olim fundata in Præmonſtratenſem conuerſa eſt, *Gerardo* Amelrici Iunioris filio conſentiente & dotante. Eodem itaque anno in feſto B. Martini duo Canonici ſeculares Niniuenſes *Balduinus* VVada, & *Oiotus* (tertius enim iam obierat) aſſumpto habitu ordinis Præmonſtratenſis, cum ſeptem fratribus ex Parcenſi, apud Louaniũ Abbatia venientibus, vnanimi conſenſu Abbatem elegerunt Dominum *Gillebertũ*, Canonicum Laudunenſem, virum ſcientia & moribus adornatum, *VValtero* Laudunenſi & *Simone* Abbate Parcenſi, electionem comprobantibus. Huic anno 1142. ſuffectus eſt *Gillebertus*, Canonicus Parcenſis, Gilleberto Parcenſi tertio poſt menſe, aut circiter, ſucceſſit *Gerardus* Canonicus Laudunenſis. Sub quo anno

1157. templi noui, Niniuenſis monaſterii prima fundamenta iacta ſunt. Anno verò 1166. fratres veteri relicto, ad nouum clauſtrum templumque ſe tranſtulerũt. Poſt annum 1170. IV. Nonas Iulij noua Eccleſia ab *Eskillo*, Lundenſi Archiepiſcopo, Daciæ & Suetiæ Primate, ſediſque Apoſtolicæ legato, conſecrata eſt. Obiit autem dictus *Gerardus Abbas* IV. Kalend. Octob anno 1185. cum annis 44. Laudatiſſimè præfuiſſet. Gerardo ſucceſſit *Arnoldus* officio Prior Is ſeptem liberalibus artibus apprimè inſtructus, cùm an. 1141. monaſticum inſtitutum amplexus eſſet, eodẽ ipſo anno Prior deſignatus eſt: quod munus laudatiſſimè geſſit annis 45. [Hunc cum aliis multis fratres Germani duo *Damianus* & *Alardus* & Soror *Harduigis*, ad idem vitæ genus ſunt ſecuti. Fratrum verò alter *Damianus*, adeò in litteratura ac præcipuè in Muſica excelluit, vt Sanctorum laudes ſeu officia ab ipſo compoſita, & muſicis notis adornata, certatim à vicinis expeterentur, & decantarentur. Vidi elegãtiſſimũ SS. Cornelii & Cypriani Martyrũ officiũ, ab eodẽ compoſitũ: quod hodieq; Niniuẽſes Religioſi per Octauã decãtant. Obiit aũt *Arnoldus* Abbas VIII. Idus Oct. an. 1190. Annis 5. in Abbatia

ANNO 1137.

Damianus Niniuenſis Muſicus & ſcriptor egregius.

ANNO 1137.

Matthæus Scornus Niniuenſis ſcripſit varia.

præfectura exactis. *Arnoldo* defuncto ſuffectus eſt *Matthæus* ex Scornaio oriũndus, Montis S. Martini Canonicus vir ſingularis doctrinæ ac pietatis. Scripſit Sermones diuerſos, vt erat Eccleſiaſtes egregius. Itemq́ue Commentarios in Dauidis Pſalmos, & Iſaiæ Prophetiam, qui apud Niniuenſes manu ſcripti extare ſolent, ſed turbatis iſtis temporibus perierunt. Anno autem 1195. abiecta præfectura, vir quietis amãs, ad ſuos reuerſus, ibidem piè defunctus eſt, *Algoto* viro optimo ſucceſſore deſignato.

Eſt autem Niniuenſis Abbatia hodieq́ue admodum florens, in ipſis oppidi mœnibus ſita, quam ab hæreticis penè euerſam, ſuperioribus annis eximiè inſtaurauit R. Abbas *Antonius* Langius, nobili apud Mechliniẽſes loco natus, vir modeſtia & pietate inſignis, ac ſtudiorum fautor egregius.

Antonij Lãgij commẽdatio.

Aſſeruantur in hac Abbatia reliquiæ Sancti Cornelij Martyris, ad hunc vſque diem miraculis celeberrimæ: de quibus ibidem extat liber vetus manuſcriptus in pergameno, quem ipſi vidimus. Solentq́; morbo caduco laborantes eò potiſſimum confluere.

Anno eodem Præmonſtratenſes collo-

cantur in *Truncinio*, vulgò *Drongen*, ad Liſá fluuium, milliari vno à Gandauo, Flandriæ vrbe ampliſſima. ANNO 1137. *Trunciniũ apud Gandauum.*

Cæterum loci huius Eccleſiam Deiparæ ſacram, à S. *Baſino* Regulo & Martyre conſtructam ac dotatam, *B. Amandus* Traiectenſis Epiſcopus & Gandauenſiũ Apoſt. Collegio Canonicorum ſiue (vt veteres loquebãtur) monaſterio Clericorũ in communi viuentium decorauit. Quod à Normannis anno 883. dirutum, à *Balduino* Caluo, Flandriæ comite, poſt inſtauratum eſt appellatumque *Altum monaſterium in Truncinio.*

Sed Canonicis amotis *Ivvanus*, Comes Aloſtanus, Præmonſtratenſes ex monaſterio S. Martini Laudunenſis euocauit, locumque eis attribuit, *Odgero* Præpoſito cedente præpoſituram. *Ita ferè Meyerus & Marchantius in Annalibus Flandriæ*. Quidam volunt *Odgerum* ceſſiſſe VI. non Maii an. 1158. Sunt & nõnulli, qui anno demum 1139. ſcribunt Præmonſtratenſes Truncinium veniſſe. Obijt autem Ivvanus in flore ætatis, & in Truncinienſi monaſterio an. 1144. eſt conditus.

Oſterhouienſe Canonicorum ſæculariũ Collegium, à S. Henrico Imp. S. Cunegũdis marito iam olim fundatum, per S. *Oſterhouēſis Abbatia*

ANNO 1138. Ottonem Epiſcopum Bambergenſem vertitur in Præmonſtratenſe Cœnobium anno milleſimo centeſimo trigeſimo octauo. *Ita VVigulei s Hundius* in Metropl. Salisburgenſi: quamuis *Ioannes Auentinus.* ſcribat à Benedictinis tranſiſſe ad Auguſtianos, quod etiam verum: Nam ab Auguſtinianis ad Præmonſtratenſes tranſlatum eſt cœnobium. Quod ex ipſis monumentis, quæ in eius loci aula leguntur, manifeſtum euadit, Verba ipſa huc referre placuit. *Vtilo Rex Boiorum fundador monaſterii S Margareta Virg & martyris in Oſterhouen anno Domini 735 Fratres Ordinis D. Benedicti inſtituens. Hic autem Vtilo, fuit filius Hungiberti, qui defuncto patre ex aula Galliæ rediēs filam Caroli Martelli clam raptam, ſecum in Baiariam tranſtulit, et regales nuptias cum ea Reunburgi celebrauit.* Sequitur infrà paulo: *Hæc prima fundatio cum ſuis ædeficiis ſalua conſiſtit vſque ad tempora Ludouici Imp. Iunioris annis centum & ſeptuaginta. Cuius temporibus ferociſſimi Hunni totam Boiariam deuaſtantes, etiam hoc monaſterium cum ſuis ædibus Palatinis Regulorum Boiariæ deſtruunt & comburunt. anno Domini 919.*

In altera deinde aulæ parte hæc legun

tur: *Henricus I V. Dux Boiorum, dictus Hethzel natione Moſellanus, Lotharingiæ ſuperioris Dux hoc monaſterium olim ab Hunnis exciſum refecit, fratres ordinis Diui Auguſtini inſtituens, anno Domini 1000.* Subiicitur in eadem aulæ parte. *Hæc ſecunda inſtitutio permanſit in monaſterio vſque ad tempora Sancti Ottonis Epiſcopi Bambergenſis.* Hic conſilio Diui Norberti Magdeburgenſis Archiepiſcopi, Præmonſtratenſi Ordini qui per præfatum D. Norbertum initium habuerat, deuotè induxit anno Domini. 1138. ANNO 1138.

Lotharius Imp. hoc anno 6. Decemb. in Vallibus Tudertinis moritur: cuius corpus inde in Saxoniam delatum, in *Lutrenſi* monaſterio, ab eodem exſtructo, conditur. Habet autem Lutra ſeu Lotharia *Cæſaret* nomen, ab ipſo fundatore Lothario teſte Ioanne Dubranio li. 11. hiſtoriæ Bohemicæ.

Lotharius Imp. Lutrẽſis monaſterij auctor moritur.

Florebat hoc tempore Gallicana Eccleſia, per viros religione ac ſapientia illuſtres, *Milonem* Morinenſem Epiſcopum humilitatis virtute ſpectabilem, *Aluiſum* Atrebatenſem liberalitate atque conſilio & facundia clarum, alioſque ſcientia ac pietate inſignes viros, ANNO 1139.

ANNO 1139.

inter quos & *Bernardus* Abbas Clareuallenſis, plurimorum patrator miraculorũ, & verbi Dei feruentiſſimus prædicator eminebat *Continuator Sigeberti.*

Cumque ob eximiam prudentiæ ac pietatis laudem *Milo*, Morinenſis Epiſcopus, apud omnes commendaretur, Innocentius II. Pont. Max. eum Bertinianæ Ord. S. Benedicti apud Audomaropolim Abbatiæ (cui grauis tunc lis erat cum Clùniacenſibus) inter alios aduocatum ſeu tutorem dedit: diplomate anno 1139. Laterani ſolemniter ſcripto. *Ioannes Iperius in Chronico Bertinenſi.*

ANNO 1140.

S. Lucij monaſterium, propè Curiã Rhetorum Heluetiorũ opidum.

Sancti Lucii, Rethorum Apoſtoli & Martyris, vetuſtiſſimum Benedictinorũ monaſterium, ad muros Curienſis vrbis in Rhetia, conuerſum eſt in Canonicorum Præmonſtratenſium domicilium, anno circiter 1140. à Conrado XXXVIII. Curienſi Epiſcopo filio Comitis à *Bibergk* qui è *Regenburgenſi*, à parentibus ſuis fundato monaſterio, Præmonſtratenſes euocauit. Eſt autem hodie Xenodochium pauperumque & ægrorum receptaculum *Caſparus Bruſchius cit. lib.*

Scheſtariẽſe monaſteriũ apud Bauaros.

Eodem anno *Henricus* Bauariæ Dux, & Otto Friſingẽſis Epiſcopus celebris Chronographus fratres, & B. Leopoldi Mar-

chio-

chionis Auſtriæ filii, monaſterium *Sche-ſlarienſe*, ſeu *Scheſlarnenſe*, ab Hungaris vaſtatum inſtaurarunt: & loco Benedictinorum Præmonſtratenſes ſubſtituerunt; quod eidem hodieque poſſident. *Hundius in Metropoli Salisburgenſi, & Auentinus lib 3. Annal. Boiorum, & monumenta monaſterij Scheſllarienſis.*

ANNO 1140.

Diligenium in Brabantia.

Hoc item anno Iettenſe monaſterium, quod *Diligenium* hodie nuncupant, vno à Bruxella milliari in pago *Iette* fundatur, fratribus *Truncinio* euocatis, & *VVoltelmo* primo Abbate conſtituto. *Balduinus Niniuenſis in Chronico ſuo.* Fuit olim Benedictinorum locus, vt patet ex monumentis Affleginienſibus quę vidimus aliquando.

ANNO 1141.

Noua Cella in Bauaria.

Otto Friſingenſis Epiſcopus cum fratribus ſuis, Henrico Bauariæ duce, & Conrado Archiepiſcopo Salisburgenſi ad *Iſara* & *Moſæ* fluuium confluentem, in ſuperiori Bauaria, anno 1141. exſtruxit nouam Cellam, vulgò *Neuſtifft*, celebre Pręmonſtratenſis ordinis monaſterium. *Hundius in Metropoli Salisburgenſi. Auentinus lib. 3. Annalium, & Bruſchius lib. cit. qui & eiuſdem loci Præfectos enumerat.*

Regiavallis in diœceſi Tullenſi.

Regiæ vallis cœnobium D. Virgini ſacrum in diœceſi Tullenſi à Reinaldo *Le viel*, Comite Barenſi, & Stephana filia Co-

ANNO 1141. mitiſſa de *Commercij* excitatur, Religioſos è Præmonſtrato eò accerſitis, & *Huberto* primo Abbate conſtituto.

Euerbuinus Præpoſitus Steinfeld.

Euerbuinus Præpoſitus Steinfeldenſis, vir egregiè doctus, inter alia ſcripſit Epiſtolam ad S. Bernardum, ex qua citat nonnulla *Ioannes* Garetius in claſſibus ſuis de vera præſentia corporis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ; atque floruiſſe anno. 1142.

ANNO 1142. Tantus hiſce temporibus Ciſtercienſis & Præmonſtratenſis Religionum, per orbem vniuerſum erat vigor, tantæque cùm Candidatorũ, tum Prædicatorum acceſſiones vtrique familiæ obueniebant indies, vt ad tollenda nonnulla incommoda quæ inde exurgere potuiſſent, commune iſtud dictum emiſerint.

Ciſterciẽſes & Præmõſtratenſes ſocietatem inter ſe ineunt.

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Amen. Confirmatio ſocietatis & pacis inter Ciſtercienſes & Præmonſtratenſes.

Igitur ad cuſtodiam pacis & charitatis vtriuſque capituli aſſenſu, inter vtrumque ordinem conſtitutum eſt & confirmatum, vt nullus Ciſtercienſium, Canonicum vel Nouitium ſeu Conuerſum Præmonſtratenſis ordinis, nullus Præmonſtratenſium Monachum vel Nouitium ſeu Conuerſum Ciſtercienſis

ordinis

ordinis, niſi ex pari conſenſu recipiant. Nullus in vtroque ordine locum ad Abbatiam ædificet, circa alterius ordinis Abbatiam, infra quatuor leucas ad menſuram vniuſcuiuſque prouinciæ, præterquam in Anglia, vbi duo leucæ pro vna computentur, & in Lombardia duo milliaria pro vna leuca, niſi fortè antiqua loca ſint, quorum redditus & poſſeſſiones ad tenendum conuentum ſufficiant. De Grargia ad Grargiam, ſiue de Grangia ad Abbatiam, ad minus ſemper vna interſit leuca. Manſio verò Sororum ab Abbatia diſtet duabus leucis veruntamen terræ illæ, quæ ante annum Incarnationis, & diem, qui ſubſcriptus eſt, ſuſceptæ fuerant, hac lege non tenebuntur, ſiquidem ſingulæ terræ ad integram carrucam ſuffecerint, vel ad ædificandum Abbatiam ſuſceptæ fuerint. Nullus in vtroque ordine alter ab altero tam de nutrimentis, quàm de laboribus decimas exiget vel accipiet. Si aliquis in vtroque ordine de qualibet re emenda vel acquirenda loco ſuo præſens tractare, vel aliquem conuenire inceperit, antequam ſpontè dimiſerit, nullus de alio ordine ſibi vſurpare, vel impedire præſumat. Si fortè in aliquibus locis inter aliquos vtriuſque ordinis aliquid quærimoniæ emerſerit, & inter eos familiariter

ANNO 1142.

per

ANNO 1142.

per aliquos Religioſos mediatores componi non poterit, ſine maiore audientia differetur & ad audientiam alterutrius Generalis capituli referetur. Quiſquis in eodem capitulo reus eſſe claruerit, quod intulit damnum, prius reſtituat, & poſtmodum in Capitulum Abbatis, quē oſtendit, veniens, vſque ad ſatisfactionem ante pedes eius ſe humiliet. Reliquum verò pœnitētia in diſpoſitione generalis Capituli ſui ordidinis permaneat. Cōmemorationem & plenarium officium pro omnibus defunctis ſuis ſingulis annis inuicem facient. Quod vt firmum deinceps, & in æternum quamdiu vtriuſque ordinis ſtatus viguerit, inconuulſum permaneat, ego Reinardus Ciſtercienſis Abbas & Generalis noſtri Capituli conuentus: Ego quoque Hugo Præmonſtratenſis Abbas & Generalis noſtri Capituli conuentus, præſenti charitatis chyrographo firmamus. & ſigillis noſtris pariter conſignamus. Sigillo Reinaldi Ciſtercienſis Abbatis, Bartholomæi Abbatis definitatæ. S. Bernardi Clareuallenſis Abbatis. S. VVichardi Pontiniacenſis Abbatis. S. Hugonis Præmonſtratenſis Abbatis, VValteri Laudunenſis Abbatis, S. Gerlandi Floreffienſis Abbatis, S. Henrici Viriacēſis Abbatis. Actum eſt hoc anno Incarnationis Domini M. C. XLII. Epacta vigeſima Indictione quinta concurrente tertio V. Idus Octobris.

His

His temporibus floruit *Philippus ſecundus*, Bonæ ſpei (quod Hannoniæ monaſterium eſſe ſupra diximus) Abbas S. Bernardo admodum familiaris. Is, vt erat, vir apprimè eruditus, atque in ſanctorum hominum rebus geſtis egregiè verſatus, ſcripſit inter alia hiſtoriam vitæ S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis. Item S. Landelini Abbatis & fundatoris monaſterii Criſpinienſis, quæ manuſcripta Criſpini in Hannonia adſeruantur, eſtq́ue longè amplior ea, quam Surius Tomo 3. edidit. Scripſit item vitam Sancti Giſleni, Epiſcopi & fundatoris Cellæ Apoſtolorum, quod hodie ampliſſimum eſt ordinis S. Benedicti monaſterium, in oppido S. Giſleni apud Hannones. Item in cātica Canticorum.

ANNO 1143. *Philippus II. Abbas Bonæ ſpei.*

Anno 1144. *Balduinus* Præfectus, *Ardenſis*, Collegium ſacerdotum apud Ardam in Præmonſtratenſe Cœnobium conuertit. *Meyerus in Annalib. Flandriæ.*

ANNO 1144. *Ardenſe monaſteriū.*

Alba Augia, id eſt, Album pratum, vulgò minor Augia, Germanicè die Minderou, olim ſedes piorum aliquot Eremitarum; nunc inſtituti Præmonſtratenſis magnificum cœnobium apud Rauensburgum Imperiale oppidum fundatur anno 1145. à *Gemiſona à Pizenburch.* Comite Habſpur-

ANNO 1145. *Minor Augia in Sueuia.*

ANNO 1145. genſi; Hermanno quodam primo eius loci Præfecto conſtituto.

Fuit olim vtriuſque ſexus monaſterium, vt cætera ferè Præmonſtratenſia, à primæua inſtitutiõe fuiſſe ſupra diximus: ſed ſucceſſu temporis ad vitanda ſcandala Monialium, locus *Meſſembal* dictus, excluſis fœminis alios in vſus eſt conuerſus.

Plurima poſtmodum beneficia in hoc monaſterium Rudolphus I. Imp an. 1282. contulit. *Caſparus Bruſchius in Cat. Monaſt. Germaniæ, vbi & huius loci Præfectos inuenies recenſitos.*

Anno eodem *Spanshartum*, diœceſis Ratisbonenſis cœnobium præpotens, in ſuperiore Palatinatu, inter *Kemmatum* & *Preſſatum*, Palatini Electores opida fundatur ab Adelſolco Reiffenbergio, eiuſque coniuge Richinza & Reinoldo ac Gerardo Adelſolci fratribus. *Bruſchius ibidem.*

Lauriſſa vulgò Lorſche apud Wormatiã.

Libet hoc loco celebrare & *Lauriſſam*, celeberrimum olim Germaniæ in agro VVormatienſi monaſterium. Eſt illud conſtructum à Carolo Magno Imp. ſiue, vt alii volunt, à *Pipino*; in quo Taſſilo Bauariæ Dux ob fidem violatam vna cum filio Theodone à *Carolo Magno* incluſus fuit. A prima inſtitutione traditum fuit

Taſſilo Bauariæ Dux.

Mona-

Monachis Benedictinis, poſtea verò Præmonſtratenſibus. Teſtatur Munſterus, hoc in monaſterio vetuſtiſſimam fuiſſe Germaniæ Bibliothecam; in eaque vidiſſe ſe exemplar antiquiſſimum, quod manu Virgilii ſcriptum titulus præmonebat. Hoc conſtat (vt & idem Munſterus fatetur) hic vltimum Ammiani Marcellini librum repertum eſſe; poſteaque typis editum. Scribit item Eraſmus ex hac Lauriſſenſi, ſiue Lorſenſi Bibliotheca erutos, quinq; poſteriores Titi Liuij libros: qui hodie paſſim exſtant.

ANNO 1145.

Cæterùm *Ioannes Dalburgius*, VVormatienſis Epiſcopus inde ad Bibliothecam Ladenburgenſem meliores quoſque codices pòſt tranſtulit; *teſte eodem Munſtero.*

Windperga.

Anno circiter 1145. monaſteriũ *VVindpergenſe*, vltra Danubium fluuium Bohemiam verſus, fundatur ab Alberto Comite à *Pogen*: vt ex diplomate Eugenii Papæ III. ſuper fundatione ac priuilegijs anno 1146. dato, colligi poteſt, quod teſtatur ipſum fundatorem iam tum fuiſſe defunctum. *Hundius in Metropol. Salisburgenſi. & Seruatius Laruelz in Indice Monaſteriorum Ordinis Præmonſtratenſis.*

ANNO 1147.
Steingadẽſe monaſteriũ in Rhetia.

VVelpho Dux Spoleti, Lycatiorum & Ambronum Comes, Henrici Bauariæ & Saxoniæ Ducis frater, monaſterium *Steingadenſe* apud Rhetos an. 1147. exædificauit Monachis ex Rotenſi Cœnobio à venerabili *Odinone*, dicti loci Abbate eodem miſſis. *Hundius in Metrop. Salisburg. Auentinus lib. 6. Annalium. Bruſchius libro citato in deſcriptione Rotenſis Monaſterij. & Seruatius Laruelz in indice monaſteriorum Ord. Pramonſtr.*

ANNO 1151.
VValterus Abbas fit Laudunẽſis Epiſcopus.

Bartholomæo Laudunenſi Epiſcopo anno Epiſcopatus ſui 38. *Fuſinaci* monaſticã vitam amplectenti. anno 1151. ſufficitur in Epiſcopatu *VValterus* Abbas S. Martini Laudunenſis, cuius ſupra meminimus nõ ſemel. *Continuator Sigeberti.*

Godeſalch' Abbas Mõtis S. Martini Epiſcopus fit Atrebatenſis.

Aluiſo Atrebatenſi Epiſcopo, qui vna cum Theodorico Flandriæ Comite in terram ſanctam, ad ſacram expeditionem profectus erat, Philippopoli in Macedonia, anno 1148. defuncto, *Godeſchalchus* natione brabantus, Abbas Montis S. Martini ad caput Scaldis fluuium, Diœceſis Cameracenſis anno 1151. in Epiſcopatu ſufficitur. *Idem.*

ANNO 1152.
Leſſia apud Dionã ...

Leſſa, vulgò Leſſia, ſita eſt apud Dionantum, ditionis Leodicenſis opidum. Traditur autem S. Maternũ, Tungrenſem

Epiſcopus, B. Petri Apoſtoli diſcipulum, ANNO
Eccleſiam Leffienſem conſecraſſe anno 1152.
122. Atque in ea quidem primò reſederũt Virgines Moniales; deinde Canonici ſæculares: Anno verò 1152. in ea à *Gerlando* III. Abbate Floreffienſi Canonici regulares Ord. Præmonſtratenſis ſunt collocati. Qui quidem annos 48. ſub regimine Abbatis Floreffienſis permanſerunt. Anno namque 1200. *Ioannes* Abbas V. Floreffienſis proprium Leffienſibus Abbatẽ dedit, Dominum *VVericum* Canonicum Floreffienſem.

Eſt autem Leffliæ vetus Deiparæ imago, à multis retro ſæculis ad hæc vſque tempora miraculis quàm plurimis illuſtris. Vnde & locus hic à multis vocatur, *Monaſterium B. Mariæ Leffienſis miraculoſa*; quòd hodieque ob miraculorum gratiam à multis frequentatur. De Leffienſis Eccleſiæ ſtatu exſtant hi verſus antiqui:

Leffia Leniflua, cui cælitus affluit omen
Fulgida miraclis, virtutum nobile ſomen
Traxit ab antiquo præclarum tempore nomen,
Culminibusq; tribus ornata domus Moniales
Primitus hæc habuit, poſt Canonicos Laicales
Demum clauſtrales albos indumine, quales
Fundans; præficitur eius Floreffia fundo

ANNO 1152. *Centies vndeno, quinquagenoq́ ſecundo*
Anno, ſucceſſu fratres comitante iocundo;
Nam domus hac fuerat valdè in nihil ante redacta,
Aſt anno Domini per eos Abbatia facta
Bis ſexcenteſimo fuit ad ſua iura retracta.

Atque hęc quidem hauſimus ex monumentis Eccleſiæ Lefflienſis; Itemq́; ex *Petro Harentalio*, in Catalogo manuſcripto Abbatum Floreffienſium.

V. Walterus in Domino obdormiuit. & Pramõſtrati ſepelitur.

Anno 1153. Venerab *V. Walterus*. Laudunenſis multarũ fundator Abbatiarũ Ord. Præmonſtr migrat ad Dominũ, & Prẽmõſtrati ſepelitur; vbi quõdã pro Chriſto paupertatis habitũ aſsũpſerat. *Cõtinuator Sigeb.*

S. Bernardus ad Dominum migrat.

Anno eodem ex hac vita ad Dominum migrauit *B. Bernardus* Abbas Clareuallẽſis, qui vt B. Norberto in vita admodũ familiaris extiterat, ſic & de S. viro præclara poſteris reliquit teſtimonia; quæ quidem viſum fuit huic Chronico noſtro intexere. Epiſtola itaq; VIII. ad Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem ſic ſcribit.

Eius de Norberto teſtimonia.

Habetis Dominum Norbertum, quem melius præſentem præſens de talibus interrogare poteſtis. Nam tantò vir ille in diuinis aperiendis myſterijs nobis promptior, quantò & Deo propior eſſe cognoſcitur.

Item Epiſtola 56. Quod à me de Domino

Norberto ſciſcitamini, ſi videlicet Hieroſolymã iturus ſit, ego neſcio: nam cùm ante hos paucos dies eius faciem videre, & de cœleſti fiſtula, ore videlicet ipſius plurima haurire meruerim: hoc ab ipſo non audiui. Verùm de Antichriſto, cùm inquirerem, quid ſentiret, durante adhuc ea, quæ nunc eſt, generatione, reuelandum illũ eſſe certiſſimè ſe ſcire proteſtatus eſt. ANNO 1153.

Item Epiſtola 126. *Quis reuocabit? Dei eſſe iudicium ſenſerunt, & conſenſerunt Gualterus Rauennas, Hildegarius Tarraconenſis, Norbertus Magdeburgenſis &c. Horum gloria ſpecialis, & præcipua ſanctitas & auctoritas etiã hoſtibus reuerenda, facilè nobis, qui minorem & meriti & officij tenemus locum, aut errare ſecum, aut ſapere perſuaſit.* Hactenus Bernar. Vide eiuſdem Epiſtolam ad Abbatẽ Præmonſtratenſem, quæ eſt 251.

Dauid primus eius nominis Rex Scotię vir pientiſſimus, anno eodem obiit, qui præter alia 13. diuerſorũ inſtitutorũ cęnobia apud Scotos cõſtructa, & illuſtre vnũ Ord. Pręmonſt. monaſterium ad *Nouũ caſtrum* exædificauit. Fuêre aũt plurima hui⁹ inſtituti inter Scotos cœnobia, quæ ad ſuã vſq; ætatẽ viris religioſiſſimis plena fuiſſe teſtatur *Hector Boethius*, Scotorum Hiſtoriæ lib. XII. Floruit autem Boethius anno 1526.

Nouocaſtrẽſe cœnobiũ in Scotia.

ANNO 1.155.

Brancalãda in Normãnia diœceſi nimirum Conſtantienſi.

Ioannes Leſlaus Epiſcopus Roſſenſis, in ſua Scotorum hiſtoria, ait Dauidem hunc obiiſſe an. Chriſti 1155. regni verò 29.

Monaſterium, quod *Brancalanda* vulgò nuncupatur, in honorem S. Nicolai Epiſcopi conſtructum eſt, anno 1155. fratribus monaſterii *S Iudoci in Nemore*, primũ diſciplinam hic inſtituentibus.

Eſt autem *Brancalanda* ſita in Normánia, regni Galliæ prouincia, in diœceſi Conſtantienſi.

Eſt & in Anglia eiuſdem nominis monaſterium Præmonſtratenſe.

S. Martini caſtellum apud Tornacum.

Eodem anno in *Caſtello S. Martini*, ad Scarpum fluuium apud Mortaniam, ſecũdo à Tornaco Neruiorum milliari, Canonici Præmonſtratenſes ſunt conſtituti, Radulpho primo Abbate electo.

Habitarunt enim antea hoc in loco ſeu Benedictini, ſeu Canonici ſæculares, iam inde ab anno Chriſti 870. hic collocati dotatique, vt pro Chriſtianis eodem in loco à V Vandalis, Normannis, Danis, cùm Belgiam vaſtarent, occiſis, apud Deum intercederent. Floret autem hodieque monaſterium hoc, noſtroque ſeculo multis auctum eſt ædificiis, vulgò *Caſtenau C' Abbaiÿe*, ſeu caſtellum Abbatiale nuncupatum.

Sanctі Iuſti monaſterium fundatur anno 1156. in honorem S. Iuſti monachis ex Nemore Sancti Iudoci cœnobio euocatis.

ANNO 1156. *S. Iuſti monaſterium.*

Fundatum eſt hoc anno in VVeſtphalia, nobile monaſterium *VVedinckhauſenſe* quod & Arnsbergenſe nuncupatur à vicino opido *Arnsberga*: Cuius & aliorum Norbertini ordinis, illo in tractu monaſteriorum originem ac ſtatum, habe ex litteris R.P. *Chriſtophori Pilemanni*, Bonnenſis, ad R.P. *Iacobum Mollanum* datis: *In VVeſtphalia pracipuum noſtri ordinis monaſterium eſt Cappenberg, cuius fundator exſtitit quidam generoſus, nec minus religioſus Comes VVeſtphaliæ, nomine Godefridus, qui ipſius* D. *Norberti pradicatione excitus, & zelo deuotionis inflammatus, vxorem iuuenculam, nondum prole fœcundatam, in eandem ſecum traxit ſententiam; & pari conſenſu omnia ſimul, quæ poſſederant, ad pedes* D. Norberti *proijcientes, pariter habitu religioſo ſuſcepto, ſe ordini noſtro deuouerunt. & in eodem ſanctiſſimam vitam ad finem vſque duxerunt. Ex illo monaſterio tanquam primario, prodierunt diuerſa alia, vtpote* Clarholtz *ſub dominio Comitū de Bentē, & eſt Prapoſitura Canonicorū, ſicut & Cappenberga ipſa adhuc Prapoſitura eſt, licet omnium aliarum ſit mater Eccleſiarū.*

ANNO 1157. *Wedinckhauſenſe ſeu Arnsbergēſe monaſterium in Weſtphalia.*

Cappēberg. monaſteriū.

Clarholtz monaſteriū.

ANNO 1157. Item Præpoſitura dicta Vaerle propè Cœſfeldi in diœceſi Monaſterienſi. Item Præpoſitura virorum dicta Sceida in Comitatu Marcano. Item Abbatia VVedinghauſē dicta, prope oppidum & arcem Arensberg. In hac Abbatia ego nunc pro reformatione commoror, & eſt ſita in amœniſſimo loco, & fundata anno ſalutis humanæ 1157. à Comite Arensbergenſi, Henrico dicto: qui & poſt obitum coniugis ſuæ Ermengardis, habitum noſtrum legitur ſuſcepiſſe & religiosè vixiſſe: cuius ſepulchrum eſt in domo capitulari.

Varle monaſt.

Sceida monaſt.

Wedinghauſen.

In hoc monaſterio (ſicut meminit vetuſtus auctor Cæſarius Heiſterbacenſis) ſcriptor quidam fuit Richardus nomine, Anglicus natione: qui plurimos libros in eodem cœnobio manu propria conſcripſerat, mercedem ſui laboris præſtolans in cœlis. Hic cùm fuiſſet defunctus, & in loco notabili ſepultus, poſt viginti annos, tumba eius aperta, manus eius dextra tam integra, & tam viuida eſt reperta, ac ſi recens de corpore animato fuiſſet præciſa, reliqua interim carne in puluerem penitus redacta. Satis Deus oſtendit in inſtrumento, quanta fuerit eius merces laboris in cœlo. Et fuit manus illa aſſeruata in teſtimonium tanti miraculi, vſque ad tempora Gebhardi Truchſeſii, Colonienſis Archiepiſcopi Apoſtatæ; cuius improuiſus impetus in hūc tanquam vicinū locū, primò deſæuit, & quæuis

Richardus Anglicus vulgò dicitur, de quo infra an. 1190.

Id eſt, vſque ad an. circiter 1583.

pia

ANNO 1157.

pia monumenta, abſentibus, & in fugam verſis fratribus, abſtulit & diſiecit, vt reperiri vel agnoſci non potuerint.

Virginum monaſteria in Weſtph.

Sunt & alia Sororum Ordinis noſtri monaſteria vt eſt Olinghauſen, Rombeke, Cappelen, D. Catharinæ *in Tremonia, & aliud quoddam extra Tremoniam, VVeſtphaliæ opidum.* Hæc ferè R. P. *Chriſtophorus Pilkmannus*, in literis ex monaſterio VVedinghauſenſi, poſtridie Epiphaniæ anno 1604. ad Mollanum datis: qui ad huius tractus monaſteria reformanda, & ad priſtinum religionis florem adducenda, ex *Steinfeldenſi* monaſterio in VVeſtphaliam id temporis miſſus erat, & iam nunc ad clauum eiuſdẽ Steinfeldenſis monaſterij admotus, non minus exteris, quam ſuis carus eſt.

B Milo Epiſcopus Morinenſis moritur.

Venerab. *Milo* Morinenſis Epiſcopus xxx. cũ an. 27. laudatiſſimè præfuiſſet, piè in Domino obdormit anno Chriſti 1158. *vt vult Iperius in Chron. Bertinenſi:* ſiue vt habet Catalogus manuſcriptus Epiſcoporũ Morinenſiũ an. 1159. Id. Iul. non ſine opinione ſanctitatis: vt cuius ad tumulum patrata etiam miracula appareat ex monumentis monaſterii *S. Iudoci in Nemore.* Extat. n. ibidẽ in veteri manuſcripto volumine Epiſt. à Clerico Can. quodã Morinẽſi, ad dicti loci (cuiꝰ ante Epiſcopatũ *Milo*

ANNO 1158.

annis decem Abbas fuerat) Abbatem ac religioſos olim ſcripta : cuius exemplar, vt benignè nobiſcum R. P. *Michael Chierius*, Dom. Martinenſis Abbas communicauit, ita & fideliter hic exhibere eſt congruum.

D*Ilectiſsimo Domino ſuo Adæ: Dei gratia Abbati S. Iudoci, cunctiſq́ue, qui cū eo ſunt, fratribus N. Seruus eorum & amicus ſalutem in in Domino Rem præclaram, & omni dignam memoria, cunctisq́ue ſanctæ matris Eccleſiæ prædicandum filijs, cœleſti dignatione nobis* Teruanæ *nuper oſtenſam, veſtræ ſanctitati tacere non poſſum ; ob hanc ipſam cauſam tenerius amplectens miraculum, quod ſanctæ recordationis Domini mei* Milonis *Epiſcopi non tam precibus & meritis, ſed manibus creditur acci-diſſe. Erat ſanè mulier apud nos paupercula, nota ſatis, tanquam oſtiatim, & penè quotidianū quærens victum, quæ per quatuor & amplius annos corporeo priuata lumine, cum omni huius vitæ temporalis, præter paruulum filium, quo duce vtebatur, careret ſolatio, nocte proxima poſt Kalendas Aprilis anno Domini 1163. iacentem in cubiculo, ſomnoq́ue grauatam, grandis & admiranda Dei reuiſit eam clementia. Cùm enim in quodam Eccleſiæ noſtræ loco ſuper arcam, quæ in eo eſt, iacere ſibi videretur, aſtabat ei quædam quaſi virgo, ætate iuuencula, ſed*

ſtatu-

ſtatura ſublimis, decora valdè, & aſpectu gratiſſima, veſtibusq; ornata candidiſſimis, quæ blando illam paululum affata ſermone ad ſepulchrum, quod propinquum eſſe videbatur, manu apprehenſa deduxit, & cum ſuperemi-nenti lapidi eam impoſuiſſet: Eſto, inquit, in hoc loco. Mulier igitur expergefacta, dulci recordatione diu delectata viſionis, tãdem adſumpto paruulo duce, Eccleſiam adiuit, cumq; in quo iacuiſſe meminerat, nacta locum, humique proſtrata, ſupplex & humilis non minimum tempus in oratione peregit. Cumq; poſt orationem ad locum, in quo ſtare iuſſa fuerat (erat autem ſepulchrum Domini mei Epiſcopi) ſeſe duci poſtulaſſet, & perducta, flexisq; genibus lapidi ſuperincumbens, preces ex intimo pectore fundens ad Dominum, tandem orando fatigata obdormiuit. Eſt autem, dum dormiret, lapis ille, cui pectore ſubiacebat, viſus ei eleuari, ſimulq; venerabilis quidam ſenex, ætate quidem confectus, ſed quadam, vt ei videbatur, reuerenda præditus maieſtate exibat de tumulo; qui aſtante virgine, quæ mulieri primum apparuerat, vtraque manu faciem illius ſuauiſſimo tactu fouebat, ac deinceps ſubtili & mũdo accepto linteamine caligantes extersit oculos. Excuſſo itaque ſomno, inopinato ſtupefacta gaudio, auctorem lætitiæ Deum ac ſanctam eius genitricem ſemel & iterum ac ſæpius in-

ANNO 1158.

Mulier cæca ad tumulum B. Milonis viſum recipit

uocare

ANNO 1158.

uocare cœpit, ſed ab ignorantibus & illam delirare credentibus tacere coacta, rurſus obdormauit. Poſt modicam autem moram, cùm in altari B. Virginis Miſſa celebraretur, illaq; ab eo loco, in quo ſanata fuerat, compelleretur recedere. Quid me, inquit, abigitis, ego sũ qdẽ paupercula, quæ longo tempore orbata lumine, iã per Dei gratiam, & ſanctæ matris eius auxiliũ curata ſum, & video. *Exijt ergo ſermo iſte inter fratres noſtros, qui ad officium Miſſæ celebrandum conuenerant, ſed & per totam ciuitatem celeriter in populum diffuſus eſt, omneſq; cum ſtrepitu magno & immenſa lætitia, pleriſque lachrymas præ gaudio fundentibus, ad Eccleſiam feſtinantes, ad ſepulchrum Domini Epiſcopi cum tanta frequentia, tantaq; ſunt animi deuotione congregati, ac ſi eum reſurrexiſſe atque in carne uiuente adſpectum veniſſent. Nonnullis vero de fratribus temerè fidem adhibere nolentibus, cùm in Capitulo ſuper hoc deliberatum conueniſſent, factaq; de euentu rei diligenti inquiſitione, veritas certiſſimè deprehenſa fuiſſet, pulſatis illicò cũctis in teſtimoniũ lætitiæ campanis, in laudem Dei vnanimiter adſurreximus.* Te Deum luadamus *cantantes, in ſublime gratiarum actiones referentes altiſſimo, magnificantes Deum auctorem mundi, & B. Virginis non prætermittẽtes præconium: quæ ſe miniſtrã*

operis

operis præbuerat, nec illius meritum obliti prædicare, qui clauſos diu oculos exterſerat dormientis. Nunc autem, quia vos oportet noſtræ participes eſſe iucunditatis, rem, ſicut geſta eſt, tranſmittere vobis decreui: vt & vos glorificetis Deum, qui fecit magnalia coram oculis noſtris qui admirabili virtute ſua cæcos illuminauit oculos, cuius poteſtas & charitas hic & vbique nunc & in æternum permanet per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

ANNO 1158.

Albero Epiſcopus Virdunenſis (de quo ſupra diximus anno 1130. cùm annos 28. Eccleſiæ ſuæ laudatiſſimè præfuiſſet, & Lothario II. ac Conrado III. Impp. ab intimis ſemper conſiliis fuiſſet, Epiſcopatu ſe abdicauit anno 1156. relictoque ſæculo, Ordinis Præmonſtratenſis habitũ in monaſterio S. Pauli à ſe ex benedictino in Præmonſtratenſe conuerſo apud Virdunum adſumpſit: vbi biénio ferè exacto in Domino pientiſſimè obdormiuit anno 1158. *Richardus VVaſſenburgius lib. 4. de Antiq. Galliæ Belgicæ.*

Albero Epiſcopus Virdunenſis fit monachus & moritur.

Pro Alberone defuncto *S. Bernardus*, Abbas Clareuallenſis cùm Miſſam cantaret, mutaſſe Collectam, vt vocant, defunctorum, in Collectam Confeſſorum traditur. *Ant. Cenochares lib de ſacrificio Miſſæ in tabulis Epiſcoporum Virdunenſium.*

ANNO 1159. *Otto Friſingenſis Epiſcopus moritur.*

Otto Friſingenſis Epiſcopus filius *Sancti Leopoldi* Marchionis Auſtriæ, Sceflarnenſis, & Nouæ Cellæ Ordinis Præmonſtratenſis Cœnobiorum fundator, & familiæ Norbertinæ fautor egregius, obiit Morimundi. 1159. Scripſit *rerum ab origine mundi ad ſua vſque tempora geſtarum libros* VIII. *Et de geſtis Frederici* I. *Imp libros duos.* Hunc fratrem vterinum fuiſſe *Conradi* Imp. quem in Aſiatica expeditione eſt ſecutus, ait Guilielmus Tyrius Hiſtoriæ belli ſacri lib. 17. c. 1. Hundius tamen in Metropoli Salisburg. Et Bruſchius in Catal. Monaſteriorum Germaniæ, vbi *Nouã Cellam* deſcribunt, aiunt fratrem eius Cõradum nomine Archiepiſcopum Saliſburgenſem fuiſſe.

Milo iunior fit Epiſcopus Morinenſis.

Mortuo venerabili *Milone*, Epiſcopo Taruanenſi electus eſt *Milo* eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus. *Ant. Demochares lib. de ſacrificio Miſſæ in Tabulis Epiſcoporum Taruanenſium, & auctor Catalogi manuſcripti, Epiſcoporum eiuſdem vrbis,* vocant Milonẽ ſeniorem, huius Milonis Iunioris patruũ. *Iperius in Chronico manuſcripto Bertinenſi,* hæc de vtroque Milone breuiter refert. *Anno Domini* CIↃ. IↃLVIII. *Dominus Milo Morinenſis Epiſcopus, vir vita venerabilis & religionis amator, poſtquam ſedem Morinensẽ*

exerat annis XXVII.*migrauit ad Dominum.* ANNO 1160.
ui ſucceſſit Milo Archidiaconus Monachus B.
Iaria de Boſco. Hactenus Imperius. Eſt
utem monaſterium B. *Mariæ De Boſco,*
Canonicorum Regularium ordinis San-
cti Auguſtini, quod *Zuſſiauuille* aliàs di-
citur.

Eſt verò Milo iunior conſecratus Epi-
ſcopus anno 1160.prid.Non.Ianuarias ab
Alexander III. Pont. Max. in ciuitate A-
nagnia. Cauſa autem profectionis ad Rō.
Pontificem hæc fuit, quod Bononienſes à
Samſone Remorum Archiepiſcopo pecu-
liarem ſibi Epiſcopum dari poſtulantes, à
vetere ſe Morinorum Eccleſia ſubducere
conarentur. Quod tamen ſummus Ponti-
fex fieri non permiſit. *Meyerus in Annali-
bus Flandriæ.* Obiit autem Milo iſte XVIII.
Kal.Octob.an.1169.

Eodem anno monaſterium *Faleſianū,* *Faleſia in Normãnia.*
in diœceſi *Sagienſi* exſtruitur in honorem
S.Ioannis, Canonicis ex Nemorenſi S. Iu-
doci cœnobio venientibus.

Anno 1162. monaſterium *Lucernenſe,* ANNO 1162. *Lucerna in Normãnia*
apud Normannos in honorem SS.Trini-
tatis ædificatur, Monachis S. Iudoci Ne-
morenſis diſciplinam Norbertinam ibi-
dem inſtituentibus.

ANNO 1163. *Hortus B. Mariæ in Friſia.*

Anno 1163. Monaſterium Horti B. Mariæ in pago *Hallumēſi*, ſeſquimilliari à Leouardia Friſiæ occidentalis metropoli fundatur, atque extruitur à B. Friderico, eius loci parocho, adiuuantibus & ſubſidia cōferētibus nobilibus matronis *Siuera, Marchela* & *Gertrude Cammirga.*

Solitus erat Fridericus Cœnobiū *Inſulæ B. Mariæ*, in diœceſi Vltraiectina, apud Neomagum ſitum, frequentius accedere: cuius loci Monachorū pietate permotus, ipsā Ord. Pręmonſt. diſciplinā amplexus ſeculo & Paſtorali ſe cura abdicauit, habitumq; eiuſdē ordinis, & facultatē monaſterij cōſtruendi, à *Godefrido* Epiſcopo Vltraiectino accepit. Quò factū eſt, vt mox ſeſe plurimi B. Viro in diſciplinā traderēt: Quos inter *Tadeco*, ſeu *Tacho* emicuit, vir eloquio clarus, & concionandi gratia inſignis. Is impetrata à Frederico facultate, cùm *Hortus B. Mariæ* nuper inſtitutus, magno numero cōfluentes diſcipulos nō caperet, aliò ſe cōtulit, propriūq; Monachorū collegiū inſtituit: ex quo duo poſtmodū celebria eiuſdē ordinis monaſteria ſunt enata, vnū *Mernēſe*, Virginū, in ditiōe Trāſlauicana: alterū *Dockumēſe*, virorū, ad tumulū S. Bonif. Mogunt. Archiep. & Germanię Apoſt. q eò loci martyrio coronat⁹ eſt

Mernenſe & Dockumēſe monaſteria. Locus martyrij S. Bonifacij.

eſt an Chr. 754. aut vt aliis placet, an. 752.

ANNO 1163.

Accreſcente verò indies Canditatorũ multitudine in *Horto B. Mariæ*. B. Frideric⁹ aſſumpto ſecum Alardo dicti Tachonis fratre vterino, ad monaſteriũ Steinfeldẽſe in Eyffalia ſitum ſe contulit. Vbi rebus cum Præpoſito communicatis, ordinis inſtituta omnia impetrat, domumq; cum Hermanno Priore Steinfeldenſi reuertit. *Sibrandus Abbas in vita B. Friderici, & Sibrãdus Leonius in Catalogo manuſcripto Abbatum Horti B. Mariæ.*

Monaſteriũ in Dockum, Lidlum & Ordilum, accreſcere ſe ſubiecta Abbati Steinfeldenſi cõſtat ex Molani Natalibus Belgicis, die 7. Apr.

Cæterùm multiplicatis à Paulo IV. Põt. Max per Germaniã inferiorem Epiſcopatibus, plantatio *Horti B. Mariæ*, ad nouum Epiſcopatum Leouardienſem tranſlata eſt. Pręmonſtratanis in Canonicos ſeculares & Cathedrales commutatis.

Primus aũt Leouardienſis Epiſcopus creat⁹ eſt *Cunerus Petrus*, Brouuershauius, Zelãdus, Doctor Theologus Louanienſis: qui multis aduerſus hęreticos libris editis clarus, Colon. Agrip. obijt 16. Feb. an. 1163 ætatis 49. iuxta tres Reges ibid. cõſepult⁹.

Cæterùm de *Horto B. Mariæ*, itemque de *Dockumenſi* & *Mernenſi* (quod Virginum fuit) monaſteriis, vide plura ſupra ad an. 1126. in deſcriptione Monaſterij Steinfel denſis.

ANNO 1170.

Godeſcalcus relicto Epiſcopatu Atrebatenſi ad monaſterium ſuum redit & moritur.

Godeſcalchus Epiſcopus Atrebatenſis, cùm Eccleſiæ ſuæ annos ferè decem laudatiſſimè præfuiſſet, ſenio morbiſq; confectus, vitæque ſolitariæ percupidus anno 1157. Epiſcopatum reliquit, ceſſitque Andreæ Parienſi Abbati Sarnacenſi Ordinis Ciſtercienſis, atque ad priſtinum ſuum monaſterium Montis S. Martini redijt, vbi & obijt anno 1170. præ ſenio iam oculis captus. *Meyerus in Annalibus Flandriæ.*

Betlehem Virg. monaſt. in Friſia.

Ex monaſterio *Horti B. Mariæ* (quod anno 163 diximus inſtitutum) ad vitanda pericula & calumnias, hoc anno Virginum congregatio à Beato Frederico dicti *Horti Beatæ Mariæ* Fundatore, transfertur ad locum, qui hodieque dicitur *Betlehem*, haud longè ab Ee fluuio ...... *Annales Friſiæ.*

B. Gerlacus floret.

His verò temporibus floruit B. *Gerlacus* ſanctiſſimus Eremita: cuius ſacrum corpus ad noſtra vſque tempora miraculis illuſtre adſeruatur in pago & Monaſterio Nobilium Virginum Ord. Præmonſtratenſis diœceſis Ruræmundenſis, quod S. *Gerlaci* vulgò dicitur, in ditione Falckenburgenſi, ſecundo ferè milliari à Traiecto ad Moſam, tertio milliari ab Aquiſgrani ſitum, vitamque eius & miracula libris duobus conſcripſit Canonicus quidam

Ord.

Ord.Prȩmonſt.circa an.Dom.1250.cuius nomen ignoratur.

ANNO 1170.

Hos libros iuſſu D. *Henrici Cuckij*. Epiſcopi Ruremundenſis an. 1600. Traiecti ad Moſam typis euulgauit *Eraſmus Goijeus*, Præpoſitus inclyti monaſterii S. Gerlaci. Solet aũt B.Gerlacus (etſi vt Eremita ſolitariè in cellula quadã viueret) laneis veſtib. vti.i.tunica,ſcapulari,cappa &cingulo, ſecundum Ordinis Præmonſt. profeſſionem,tam forma,quàm colore per omnia coaptatis; vt in hiſtoria vitæ eius cap. 16.dicitur.

Vitam eius ſcribunt & edunt Præmonſt.

De B. *Gerlaco* agit etiam Molanus in Natal. Sanctorum Belgii ad diem 5. Ianuarij.

Liceat porrò mihi hoc loco ſtatum monaſteriorum Hiſpaniæ explicare; vt potè paucis fortaſſe in reliqua Europa notum. Florent hodie in Hiſpania quindecim circiter huius ordinis virorum monaſteria, videlicet, *Retorta*, S.Pelagij monaſterium in Serrato, *S.Crucis de Moncon,Vitis S. Mariæ* Saluatoris, de ordine S. Mariæ de hortis, *S.Saturnini de Medina,Caritatis, S.Spiritus de Auila, Aquilar, villa maior, S. Chriſtophori de Iueias, Buxetum , Belli podius ..... & S Nicolai monaſterium*. Florent item duo Monialium cœnobia, vide

Ord. Præmonſt monaſteria apud Iberos.

ANNO 1170. licet *S. Michaelis de Gros* & *S. Mariæ de villa aurea*. Olim tamen plura vtriuſque ſexus monaſteria fuiſſe, infra docebo. Ad hæc eſt hodieque in Academia Salmanticenſe inſigne huius ordinis Collegium, ſeu ſeminarium; ad quod variis è monaſterijs cādidati ſacris literis operam daturi, mitti aliqui ſolent. Cæterùm ante annos circiter 40. parū abfuit, quin huius ordinis vniuerſa per Hiſpaniā monaſteria, (quod diſciplinam fortaſsè monaſticam minus colerēt) Philippo II Rege cōſentiēte, Hieronymianis monachis in Hiſpania plurimum efflореſcētibus, in perpetuum cederent. Obſtiterunt tamen Abbates aliquot huius ordinis; qui Romā profecti ad Pont. Max. ab eodem ſuis in monaſteriis reformandis tamen ſtabiliti ſunt. Itaq; reformationis hoc negotium, à Pontifice Maximo commendatum eſt Reuerendiſs. Dño *Nicolao Ormaneto*, Epiſcopo Patauiēſi; qui legatum Apoſtolicum id temporis in Hiſpania agebat: Statutumque inter cętera multis de cauſis, vt more reliquorum Hiſpaniæ monaſteriorum, Abbatiali titulo gaudentium, tā Benedictinorum, quàm Ciſtercienſium, non perpetui ſed triennales ſolùm Abbates eſſent, Præmonſtratēſes. Quo fit, vt trienniis ſingulis hodie cui-

Abbates triennales in Hiſpaniјs

que

que monaſterio Abbas nouus præficiatur; qui quidem triennii ſpatio exacto, mox in ordinem redigitur. Notandum autem, hos Abbates Hiſpanicos triennales non conſecrari ſeu benedici, vt ſolent Abbates Gallicani, Belgici, aliique, qui perpetui ſunt; niſi fortaſsè aut ipſi ſponte ſua cedant, aut ob graues aliquas cauſas à ſuperiore Præfectura abire cogantur. Vniuerſorum porrò Hiſpaniæ monaſteriorum, cõmunem curã habet Abbas Retortæ, idq; nonniſi per triennium: quo trãſacto, mox ali⁹ ſubſtituitur. Sed & in gratiã Lectoris ſitum dictorum Hiſpaniæ monaſteriorũ indicare operæ pretium duxi.

Anno 1160.

Solemniter haudquaquam benedicuntur.

Retortæ quod primarium quaſi monaſterium eſt, inter Hiſpanica huius ordinis ſita eſt in agris ad *Duioum* fluuium, quinto ferè lapide à Valliſoleto, Palatinæ olim diœceſis, neſcio, an non hodie Valliſoletanæ. Eſt enim Valliſoletanis proprius Epiſcopus datus annis ſuperioribus.

Retortæ quinto à Valliſoleto lapide.

S. Pelagij monaſterium, in Serrato ſitum eſt inter montes, ſexto ferè milliari à Palentia vrbe nobili, cuius & diœceſis eſt.

S. Pelagij.

S. Crucis, de *Moncon* cognomento monaſterium, diſtat à Palentia tribus circiter milliaribus, diœceſis eiuſdem.

S. Crucis.

ANNO 1170.

Vitis S. Mariæ.

Vitis S. Mariæ eſt monaſterium illuſtre, ſexto milliari ab Oxomenſi vrbe diſtans (cuius & diœceſis eſt) in agris ad *Durium* fluuium ſitum, fundatumque ab Alfonſe VI. Caſtiliæ Rege. Dicitur autem *vitis S Mariæ*, quod eo in loco inter vites ſeu vuas idem Alfonſus Rex elegantiſſimam Deiparæ imaginem repererit: quæ hodieque ibidem in magna eſt veneratione, miraculis etiam illuſtris.

S. Saluatoris

Monaſterium Sancti Saluatoris *de Ordax* in regno Nauarræ, duodecimo ferè lapide à Pompeiopoli, ſeu Pompelona ſitum.

S. Mariæ de Hortis iuxta Segobiã

S. Mariæ de Hortis, ſiue Hortenſe monaſterium eſt in hortis ſeu pratis ſitũ, ad muros *Segouiæ*, veteribus Segobiæ vrbis Epiſcopalis, & pannorum textrina admodum nobilis.

S. Saturnini iuxta Methymnam.

Sancti Saturnini de Medina monaſteriũ ſitum eſt ad muros Methymnæ, vulgò *Medina Campi*, quod opidum eſt celebre, medio ferè itinere Salmanticam inter & Valliſoletum. Vtrius autem diœceſis ſit, certò non habeo dicere.

Charitatis.

Charitatis, ſiue de Charitate monaſterium loco amœno ad *Gadam* fluuium ſitum, dimidio ferè milliari diſtat ab vrbe

Epi

Epiſcopali, quam *Roderici* ciuitatem vulgo nominant. ANNO 1170.

S. Spiritus *de Auila* monaſterium ſitum eſt ad muros vrbis Epiſcopalis Abulenſis, quæ hodie Auila dicitur. *S. Spiritus iuxta Abulam.*

Aquilarienſe S. Mariæ monaſterium, vulgò *Aquilar*, ſitum eſt ad muros opidi Aquilarienſis; diœceſis Burgenſis, aut Tarroconenſis. Aiunt id fundatum iam olim à *Bernardo à Carpio*, celebri illo in Annalibus Hiſpanicis Duce, ibidem ſepulto. *Aquilarienſe*

Villa Maior, monaſterium diœceſis Burgenſis, nomẽ habet à pago vicino, cui nomen Villæ Maioris. Abeſt milliaribus ſeptem à Burgenſi vrbe. *Villa Maior*

Sancti Chriſtophori de *Iueias* monaſterium diœceſis Burgenſis, diſtat ab eadẽ vrbe tribus circiter milliaribus. *S. Chriſtophori.*

Buxetum, ſiue *Buchetum*, S. Mariæ diœceſis Burgenſis, diſtat ſecundo ferè lapide à Mirãda ad Iberum fluuium, vt arbitror, ſita. *Buxetenſe.*

Atque hæc quidem duodecim monaſteria, Abbatiali dignitate etiamnum illuſtria, ſita ſunt in Caſtilia ſeu Caſtella veteri.

Cæterùm Villa *Medianilla*, diœceſis Burgenſis, in Caſtella item veteri ſita, olim

ANNO 1170.

Collegio Salmanticenſis origo.

etiam Abbatia fuit. Hodie eſt Prioratus, vna cum prouentibus annuis annexus, collegio Salmanticenſi, ante annos quadraginta. Eſt enim id inſtitutum circa tempora reformationis à R. Domino *Nicolao Ormaneto* factæ, cuius ſuprà meminimus.

S. Pelagij.

Sic & S. Pelagij de *Areuilla* monaſterium (ab Areuilla pago vicino ita nuncupatum) olim Abbatia, nunc eſt Prioratus diœceſis Leonenſis, ſiue Legionenſis, Monaſterio Retortæ vnitus atque annexus.

Appellant autem ferè Hiſpani *Prioratus*, quos nos Belgæ *Paſtoratus* nuncupamus, id eſt, Eccleſias, in quibus vnus aut plures Religioſi huius ordinis curæ paſtorali præfici ſolent. Suntque ſingulis ferè monaſteriis Hiſpanicis (quod de Belgicis alijſque alibi diximus) plures eiuſmodi parochiæ ſeu paſtoratus annexi.

S. Leonardi.

Fuit verò & *Sancti Leonardi* monaſterium olim celebre, ſitum Albæ, quod opidum eſt quarto milliari à Salmantica, Ducatus titulo inſigne. Huius Albæ Dux fuit *Ferdinandus Aluarus*, Toletanus, Galliç belgicæ olim Prorex: à cuius arce monaſteriũ iſtud haud longè diſſitum eſt.

Hodie tamen Albaniæ S. Leonardi monaſterium, poſſident Monachi Hieronymiani: idq́; ab eo tẽpore, quo de vniuerſis Præmonſtratani inſtituti per Hiſpaniam cœnobijs eiſdem tradendis actum fuiſſe paulò ante diximus. ANNO. 1170.

Præter hæc iã enumerata monaſteria, in Catalogo Auerbodienſi (ex quo ſeriem monaſteriorum vniuerſi ordinis, ad calcẽ libri reiectam ferè hauſimus) recenſentur & duo iſta diœceſis Ilerdenſis, *Bellipodium, & S. Nicolai* monaſterium.

Bellipodiũ. *Bellipodium* intelligo Hiſpanicè nuncupari *Bel pontz* in Catalonia, ſeptimo à Barcinona lapide ſitum.

S. Nicolai. Alterum *S. Nicolai* videl. monaſterium, ignotum erat illi, quo cum de rebus hiſce Hiſpanicis cõmunicaui. Et dubitatio nobis orta eſt, an non ſit idẽ cum *Bellipodio* S. Nicolao fortaſsè ſacro. Nihil hic tamen adſero, vti in re valdè à nobis remota.

Monialium monaſteria duo, videlicet. Præter iſta virilis ſexus monaſteria, florent etiamnum eximiè in Hiſpania Virginum Religioſarum cœnobia duo. Prius eſt *S. Michaelis de Gros* nominatum in Caſtellæ veteris opido *Tauro*, vulgò Toro ad *Duium* fluuium diœceſis Zamorenſis ſitum. *S. Michaelis de Gros.*

De Villa aurea. Alterum eſt monaſterium S. Mariæ de

ANNO 1170.

Villa aurea, vulgò *de Villioria*, diœceſis Alcornenſis, Hiſpanicè, vt arbitror, d' O*rienza*.

Fuiſſe autem & Virginum non pauca huius ordinis olim per Hiſpaniam monaſteria haudquaquam ambigo. Fidem faciunt vel vnius monaſterij annales *Vitis*.ſ. S. Mariæ. Quod monaſterium duos olim prioratus ſeu Conuentus Monialium ſub ſe habuit, vtrumque in Oxomenſi diœceſi ſitum. Priori nomen fuit *Freznillo de las Donnas*, id eſt, Freznillum Dominarũ. Catalogus Auerbodienſis *Fratrinellam* vocat. Alter nuncupabatur *S. Michaelis de Bracarot*, in Catalogo Auerbodienſi pariter notus. Eſtq́; nunc vterq;, monaſterio vitis S. Mariæ vnitus.

Præter iſta ſit & monaſteriorum *Sanctæ Crucis de Pinoſo, & S. Mariæ de hortis in caſtro Bonam*, mentio in catalogo Auerbodienſi, iam ſæpiùs citato, notaturq́ue Monialium eſſe. De quibus tamen vt ignotis non eſt, quod dicam.

Dubitari poſſet, an S. Crucis virile monſterium, de quo ſupra egimus, non habeat cognomen *de Monron & de Pinas*, ſiue de Pinoſo, adeoq́ue fortaſſe ſit idem. Atque hæc quidem de Hiſpaniæ monaſterijs habemi Lector, Si vſpiam fortè lapſi ſumus

loco-

locorum interualla facilè nobis abs te veniam impetrabunt. ANNO 1171.

Martalenſe cœnobium ad Danubium fluuium inter Redlingum & Ekingum Auſtriacæ familię opida, in rupe ſitum, & magnificis ædificijs conſpicuum, ex Canonicorum collegio in Præmonſtratenſe monaſterium conuerſum eſt anno 1171. & dotatum ab *Hugone* III. Palatino Comite, Tubingenſi, eiuſque coniuge *Elizabetha* Rudolphi Bregantini Comitis filia. *Martalenſis Abbatia ad Danubiũ fl.*

Fuit & huic Martalenſi cœnobio Monialium, ſub Prioriſſæ, vt vocant, regimine viuentium, monaſterium olim coniunctum: ſed anno 1173. communi Abbatis & Monachorum eius loci conſenſu decretũ eſt, nullas amplius fœminas recipiendas aut admittendas eſſe.

Ita Caſparus Bruſchius, in centuria monaſteriorum Germaniæ, vbi Martalenſes Abbates ſeu Præfectos ex ordine recenſet. Idem Bruſchius tamen, *Rotenſe* monaſterium (de quo ſupra anno 1128.) deſcribés, ait anno 1170 ex Roto ad Martalenſem Eccleſiam miſſos eſſe Monachos Præmóſtratenſes.

Poſtula, celeberrimum eſt hoſpitale, vt vocant ſeu viatorum cuiuſcunque condi- ANNO 1173.

ANNO 1173.

tionis receptaculum in medijs Campaniæ Brabantinæ ericetis ſitum; ad quod omnibus & ſingulis, die noctuque venientibus, Hoſpitium præbetur, & cibi gratuito ſuppeditantur. Primus huius loci fundator fuit *Faſtradus Vtvvichtius*, vir nobilis; qui prędij ſui Poſtulani parté, Eccleſię *Floreffienſi* dono dedit anno 1173. habitumq; religionis pòſt etiam adſumpſit. Acceſſerunt eodem anno amplæ donationes cuiuſdam *Arnoldi*, cognomento *Brabanti*. Et *Gellæ* pijſſimæ cuiuſdam matronæ. Atque *Arnoldus* quidem & filiam ſuam *Iuettam*, eodem in monaſterio Chriſto obtulit. Solent nanque olim & Virgines ſacræ Poſtulani hoſpitalis curam habere, hodieque locus ab ipſis quondam inhabitatus *Begginagium* dicitur. At nunc ſoli viri Religioſi, Poſtulano in cœnobio agant, ijque numero ferè quinque Floreffiæ monaſticen amplexi. Quorum quatuor diuinum officium aſſiduè peragunt, vnuſque eorum Prioris titulo gaudet. Quintus verò Prouiſor ſeu magiſter domus Poſtulanæ dicitur: ad quem bonorum temporalium ſpectat procuratio. Solet is, à Floreffienſi Abbate nominari, oblatusque Brabantiæ Duci, ab eodem confirmari.

Ger-

Gerlandus natione Germanus, tertius Abbas Floreſſienſis, monaſterium ſuum cum ſpiritualibus tum temporalibus bonis mirificè auxit. Nam præter *Poſtulam. Harlemundam & Vanziam*, aliaſque Villas, Eccleſiam quoque *Leſſlienſem* acquiſiuit; quæ poſt ſui iuris facta, proprium accepit Abbatem; vt infra ſuo loco dicemus. Cæterum *Gerlandus*, cùm religiosè atque induſtriè annos ferè triginta ſex præfuiſſet. Obiit XII. Kalend. April. 1174.

ANNO 1174. *Gerlandus 3. Abbas Floreſſ.*

Succeſſit illi Hermannus, itidem Germanus, ſummus religionis amator. Huius Abbatis tempore anno ſcilicet 1176. nouæ ſalutarium fontium ſcaturigines, haud procul à porta Eccleſiæ maioris, quę tum ædificabatur, diuinitus, vt apparet, emanarunt: è quibus potantes ægri plurimi ſanitati reſtituti ſunt.

Hermanus 4 Abbas Floreſſ.

Huius item tempore, anno nimirum milleſimo cẽteſimo octuageſimo octauo, oppido Namurcenſi, & arce à Balduino Hannoniæ Comite expugnatis Floreſſiẽſe monaſterium ferro flammaque magna ex parte vaſtatur, fratribus annum vnum & menſes ſex, per diuerſa loca diſperſis.

Depopulatio floreniſſima Floreſſiana Abbatia an 1188.

Pòſt

ANNO 1174. Pòſt reuocatis fratribus, Eccleſia à B. *Iſfrido* Raſeburgenſi Epiſcopo reconciliatur conſecratis in ea die vno altaribus ſeptem. Præfuit autem Hermannus annis ferè viginti. *Petrus Herentaiius in Catalogo manuſcripto Abbatum Floreffienſium.*

ANNO 1175. Beatus *Fridericus* Horti B. Mariæ apud Friſios fundator, & primus Abbas, cùm annos 14. præfuiſſet, in Domino obdormiuit Nonis Martij anno 1175. multis virtutibus miraculiſque in vita & poſt obitū illuſtris. Conditus eſt in ſacello S. Mariæ, ab ipſo exædificato, vbi ſepulchrum eius luminaribus accenſis aliiſque pijs officijs honorari olim ſolet.

Vitam eius conſcripſit *Sibrandus* ſextus Kocieius Abbas: quæ apud nos, & alibi eſt manuſcripta: cuius quidem compendium extat apud Ioannem Molanum in Natalibus SS. Belgij, & apud *Franciſc Harecum*, in appendice ad vitas ſanctorum abs ſe editas.

ANNO 1177. *B. Euermodus Epiſcopus Raſeburgenſis moritur.*

Hoc ferè tempore viuere in terris deſijt B. *Euermodus*, Raſeburgenſis Epiſcopus, qui ex Præpoſito Eccleſiæ B. Mariæ Magdeburgenſis, ſecundus eius vrbis Epiſcopus creatus, inſtitutum Præmonſtratenſe Raſeburgum primus attulit, conſtructoque monaſterio, ipſum inſtitutum

Epiſ-

Epiſcopali cathedræ velut annexuit; adeò vt ad maiorum noſtrorum vſque tempora, nemo niſi Præmonſtratanæ familiæ Canonicus, ad Epiſcopatum ſoleret adſumi. De ſancta huius Pontificis Vita miraculisque, vide Albertum Kranzium in ſua Metropoli lib. 6. c. 28. Et in VVandalia lib. 5. c. 42. & Helmoldum in hiſtoria Slauorum, vbi vitam Vicilini deſcribit. Illud porrò ex Kranzio hic annotare libet, accidiſſe aliquando, vt cum ſanctus hic Antiſtes inter myſteria diuina, chirothecas pontificales feſtinanter ſepoſuiſſet moxque illas quærens non inueniſſet, locique in quo poſuiſſet ſacris intentus non meminiſſet, eas ipſas in aere ſine adminiculo aut ope cuiuſpiam pedentes repertas eſſe magna cum adſtantium admiratione & ſtupore — ANNO 1177.

Itemque factum aliquando, vt cum Friſii ab Henrico Comite Raſeburgenſi capti, pro quorũ dimiſſione fruſtra interceſſerat, in feſto Paſchæ catenis vincti ſub cuſtodia in Eccleſia aſtarent, eos à vinculis abſolueret, aqua luſtrali cum cæteris fidelibus, ipſos adſpergens, dicenſque Dominus ſoluit compeditos. In cuius miraculi fidem catena ipſa, qua vincti fuerãt, annos plurimos aſſeruata eſt

ANNO 1177. Fuit autem hic *Euermodus*, ex primis B. Norberti ſodalibus, qui ſancto viro Cameraci concionante, illi ſe adiũxit, atque indiuiduus ipſi comes ad extremum vſq; vitæ ſpiritum adhæſit. *vti patet ex cap. 20. Vitæ S. Norberti.*

B. Iffridus B. Euermodo ſuccedit. Euermodo in Epiſcopatu Raſeburgenſi ſuffectus eſt *Iffridus*, qui vt eiuſdem fuit inſtituti Præmonſtratenſis, ſic nec virtutibus nec miraculis inferiori; plurimumque in VVandalis ad religionem Chriſtianam conuertendis exemplo ſui prædeceſſoris adlaborauit.

Fertur is cæco viſum aliquando reſtituiſſe, aquam in vinum diuinitus verſam eius in vſum fuiſſe. Horum Beatorum Antiſtitum *Euermodi* & *Iffridi* reliquiæ in Odeio (vulgus chorum nuncupat) in capſa quadam honorificè ad eruari ſolent. *Kranzius c. 40, l. 6. ſuæ Metrop.*

Alexander III. inſtitutum Præmonſtratēſe diplomate confirmat an. 1177. Alexander III. Pontifex Max. Ord. Præmonſtr. leges, ſeu ſtatuta vniuerſa amplo diplomate anno 1177. confirmauit; cuius hic exemplar, vt paucis hactenus fortè viſum apponam.

ANNO 1177.

ALEXANDER SERVVS SERVORVM DEI DILECTIS filiis Hugoni Abbati Præmonſtratenſi, & cæteris Abbatibus, Canonicis Præmonſtr. ordinis tam præſentibus, quàm futuris religioſam vitam profeſſis in perpetuum.

IN Apoſtolicæ ſedis ſpecula, quanquam immeriti, prouidente Domino conſtituti, pro ſingulorum ſtatu ſolliciti eſſe compellimur, & ea ſincerè tenemur amplecti, quæ ad incrementum religionis pertinent, ad virtutum ſpectant ornatum, quatenus Religioſorum quies, ab omni perturbatione ſecura, & à iugo mundanæ oppreſſionis ſeruetur illæſa, cùm Apoſtolica fuerit tuitione munita. Attendentes itaq; quomodo Religio & ordo veſter multa refulgens gloria meritorum, & gratia redolens ſanctitatis, palmites ſuos à mari vſque ad mare extenderit, ipſum ordinem & vniuerſas domos eiuſdem ordinis, Apoſtolicæ protectionis præſidio duximus confouendas, & præſenti priuilegio muniendas. Ea propter dilectiſſimi filij in Chriſto Domino, veſtris iuſtis poſtulationib. benignius annuẽtes, vniuerſas inſtitutiões & diſpoſitiones, quas de cõmuni cõſenſu vel maiorũ & ſaniorũ partiũ rationabiliter feciſtis, ſicuti inferius denotatur, auctoritate Apoſt. roboram⁹,

ANNO 1177.

& præſenti patrocinio communimus, videlicet vt ordo Canonicus, quemadmodum in Præmonſtratam Eccleſiam ſecundum regulam B. Auguſtini, & diſpoſitionẽ recolendæ memoriæ Norberti quondam Præmonſtratenſis Ordinis Inſtitutoris, & ſucceſſorũ ſuorum in candido habitu cõſtitutus eſſe dignoſcitur, per omnes eiuſdem ordinis Eccleſias temporibus inuiolabiliter obſeruentur, & eædem penitus obſeruantiæ ijdem quoque libri, qui ad diuinum officium pertinent, ab omnibus eiuſdem ordinis Eccleſiis vniformiter teneantur: nec aliqua Eccleſia vel perſona ordinis veſtri aduerſus communia ipſius ordinis inſtituta, priuilegium aliquod poſtulare vel obtentum audeat quomodolibet retinere. Nulla etiam Eccleſiarum ei, quam genuit, quamlibet terreni commodi exactionem imponat. Sed pater Abbas curam de profectu tam filij Abbatis, quàm fratrum domus illius habeat ſecundum ordinem corrigendi, quæ in ea nouerit corrigenda, & illi ei tanquam Patri reuerentiam filialem humiliter exhibeant. Abbas autem Præmonſtratæ Eccleſiæ, quæ mater eſſe dignoſcitur, aliarum non ſolum in illis Eccleſiis, quas inſtituit, ſed & in omnibus alijs eiuſdem ordinis & dignitatem & officium patris obtineat, & ei ab omnibus tam Abbatibus, quam fratribus debita obſeruantia impendatur. Præterea omnes Abbates veſtri ordinis,

Patris Abbatis munus.

Præmõſtratenſis Abbas eſt pater omniũ

Abbates omnes quotannis ad Capitulum generale conuenire debent.

ſin-

ſingulis annis ad generale capitulum Præmonſtratum poſtpoſita omni excuſatione, conueniant; illis ſolis exceptis, quos à labore viæ corporis retardauerit infirmitas; qui tamen idoneum debebunt delegare nuncium, per quem neceſſitas & cauſa remorationis ſuæ capitulo valeat nunciari. Hi autem, qui in remotioribus partibus habitantes, ſine graui difficultate ſingulis annis ſe nequeunt capitulo præſentare, in eo termino conueniant, qui in ipſo eis Capitulo fuerit conſtitutus. In quo nimirum Capitulo, præſidente Abbate Præmonſtratenſi, cæteriſq; conſidentibus, & in ſpiritu Dei cooperantibus, de his, quæ ad ædificationem animarum, ad inſtructionem morum, & ad informationem virtutum, atque incrementum regularis diſciplinæ ſpectabunt, ſermo diligens habeatur. Porrò de omnibus quæſtionibus & querelis tam ſpiritualib. quã temporalibus, quæ in iſto Capitulo propoſita fuerint, illud teneatur & obſeruetur irrefragabiliter, quod Abbas Præmonſtratenſis cum his, qui ſanioris conſilij & magis idonei apparuerint iuſtè ac prouidè iudicabit. Sanè ſi Abbas aliquis veſtri ordinis infamis & inutilis, aut ordinis ſui præuaricator inuentus fuerit, & per patrem ſuũ Abbatẽ prius, aut per nũciũ eius admonitus, ſuũ corrigere & emendare delictum neglexerit; aut cedere, ſi amouendus fuerit, auctoritate generalis

ANNO 1177.

ANNO 1177.

Capituli deponatur, & depoſitus ſine dilatione ad domũ, vnde exiuit, ſeu ad aliam eiuſdẽ ordinis, quã elegerit, reuertatur, in obedientia Abbatis, ſicut cæteri fratres ipſius domus, firmiter permanſurus. Id ipſum etiam alio tempore ſi neceſſe fuerit, & capitulum ſine ſcandalo vel periculo expectari nequiuerit, per Abbatem Præmonſtratenſem, & patrem Abbatem, & alios Abbates, quos vocauerit, licebit. Quod ſi depoſitus in ſe datæ ſententiæ contumaciter contraire tentauerit, tam ipſe quàm Principales eius, qui de ordine veſtro fuerint, in ſua contumacia fautores ab Abbate Præmonſtratenſe & cæteris Abbatibus cenſurâ Eccleſiaſticâ, donec ſatisfaciant, coerceantur. Verum cum aliqua Eccleſiarum veſtrarum Abbate proprio fuerit deſtituta, ſub patris Abbatis poteſtate ac diſpoſitione conſiſtat & cum eiuſdem conſilio qui eligendus fuerit, à fratribus eligatur. Electus autem, non quaſi abſolutus à poteſtate patris Abbatis vel ordinis ſui, Archiepiſcopo vel Epiſcopo, in cuius diœceſi fuerit, præſtetur, plenitudinem officij ab eo percepturus; ita tamen quod poſt factam profeſſionem, Archiepiſcopo vel Epiſcopo, occaſione illa non tranſgrediatur conſtitutiones ordinis ſui, nec in aliquo eius præuaricator exiſtat. Si quis ex vobis canonicè electus in Abbatẽ diœceſano Epiſcopo ſemel & iterum per Abba-

Abbas recens electus ab ordinario conſecratur ſeu benedicitur

teſ veſtri ordinis præſentatus, benedictionem ab eo non potuerit obtinere, ne Eccleſia, ad quam vocatus eſt deſtituta conſilio periclitetur, vice & loco Abbatis ſungatur in ea tam in exterioribus prouidendis, quã in interioribus corrigendis, donec aut interuentu generalis Capituli veſtri, aut præcepto Romani Pontificis ſeu Metropolitani, benedictionem ſuam obtineat. Cæterum ſi aliqua Eccleſiarum veſtrarum paſtoris ſolatio deſtituta inter fratres ſubſtituendo Abbate diſcordia fuerit, vel ſciſſura ſuborta, & ipſi facilè ad concordiam & vnitatem reuocari nequiuerint: Pater Abbas conſilio Coabbatum ſuorum, eis idoneam prouideat perſonam & illi eam ſine contradictione recipiant. Quam ſi recipere contempſerint, ſententiæ ſubiaceant quam Pater Abbas cum conſilio Coabbatum ſuorum in eos duxerit, circumſpectione adhibita, promulgandam. Si quæ autem Eccleſiæ Canonicorum alterius ordinis, ad Ordinem veſtrum venerint, ad eam Eccleſiam veſtri ordinis habeant reſpectum, in qua veſtrum noſcuntur habitum aſſumpſiſſe. Nulla ſanè perſona Eccleſiaſtica pro benedictione Abbatum veſtrorum palefridum, aut aliud aliquid exigere, nullus Abbatum veſtrorum etiamſi exigatur, dare præſumat: quia & exigenti & danti nota ſimoniacæ prauitatis & periculum imminet. Adhæc quia Præmonſtra-

ANNO 1177.

ANNO 1177.

tenſis Eccleſia, prima mater eſt omnium Eccleſiarum totius ordinis, & patrem ſuper ſe alium non habet: ſic ad cautelam & cuſtodiā ordinis, per tres primos Abbates, ſcilicet Laudunenſem, Floreffienſem, & Cuſſiacenſem ſtatutum eſt, annua ibidem viſitatio fiat, & ad ſuggeſtionem eorum in ipſa domo corrigatur, ſi quid corrigendum fuerit. Quod ſi Abbas in corrigendo tepidus, & fratres ſæpius moniti, incorrigibiles manſerint, ad generale capitulum referatur, & ſicut melius viſum fuerit, conſilio generalis capituli, emendetur, & ſententia in hac parte capituli ſine retractatione aliqua obſeruetur. Quoties verò Præmõſtrata Eccleſia ſine Abbate fuerit, ad illos tres Abbates eius cura reſpiciat, & à Canonicis ipſius Eccleſiæ, cum eorum conſilio, perſona in Abbatem idonea eligatur, ad conſilium ſuum quatuor alijs Abbatibus ad eandem Eccleſiam pertinentibus pariter aduocatis, quos ipſi Canonici prouideant aduocandos. Liceat quoque vnicuique matri Eccleſiæ ordinis veſtri cum conſilio Abbatis Præmonſtratenſis, de Abbatibus Eccleſiarum, quæ ab ea proceſſiſſe noſcuntur ſibi quemcunque voluerint, ſi tamen idoneus extiterit, aſſumere in Abbatem. Perſonam autem de alio ordine nulla Eccleſiarum veſtrarum ſibi eligat in paſtorem, nec veſtri ordinis aliqua in Abbatem monaſterij alterius, niſi de

auctoritate Romanæ Eccleſiæ ordinetur. Nulli etiam Canonicos vel conuerſos veſtros ſine licentia Abbatum ſuſcipere, aut ſuſceptos liceat retinere. Si quæ verò inter aliquas veſtri ordinis Eccleſias de temporalibus quæſtio emerſerit, non extra ordinem Eccleſiaſtica, vel ſecularis audentia requiratur, ſed mediante Abbate Præmonſtratenſi, & cæteris, quos euocauerit, aut charitatiue inter eas componatur aut auditis vtrimque rationibus, eadem controuerſia iuſto iudicio terminetur. Quia verò ſingula, quæ ad religionis profectum, & animarum ſalutem ordinaſtis, præsēti abbreuiatione nequiuerint annecti, nos cum his, quæ præſcripta sūt, conſuetudines veſtras, quas inter vos religionis intuitu regulariter ſtatuiſtis, ac deinceps auctore Domino ſtatuetis, auctoritate Apoſtolica roboramus, & vobis veſtriſq; ſucceſſoribus, & omnibus, qui ordinem veſtrum profeſſi fuerunt, perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruandas decernimus. Ad maiorem quoque ordinis veſtri reuerentiam, & regularis diſciplinæ obſeruantiam vobis filijs Abbates ſubiectos prauiæ iuſtitia & ratione ligandi & eoſdē ſoluendi, pœnitentia, & ſatisfactione præcedente, plenam concedimus facultatem, maioribus & difficilioribus criminibus, quæ manifeſta fuerint, Metropolitano vel Romano Pontifici reſeruatis. De cætero, quoniam à ſtrepitu &

ANNO 1177.

Statuta ordinis vniuerſa confirmat Pontifex.

ANNO 1177.

Grangijs & atrijs Eccleſiarum datur immunitas.

tumultu ſecularium remoti, pacem & quietem diligetis, grangias veſtras, ſicut & atria Eccleſiarum, à prauorum incurſu & violentia libera fore ſancimus; prohibentes, vt ibi nullus hominum capere, ſpoliare, ſeu interficere aut furtum vel rapinam committere audeat. Ob euitandam vero ſecularium frequentiam, liberũ ſit vobis (ſaluo iure diœceſanorũ Epiſcoporũ) oratoria in grangijs veſtris conſtruere & in ipſis vobis & familiæ veſtræ diuina officia, cũ neceſſe fuerit celebrare. Prohibemus inſuper, ne aliqua perſona fratres ordinis veſtri, audeat ad ſecularia iudicia prouocare; ſed ſi quis aduerſus eos aliquid ſibi crediderit de iure competere ſub Eccleſiaſtici examine iudicij experiendi habeat facultatem. Præterea ſicut à tempore prædeceſſoris noſtri piæ memoriæ Innocẽtij ex eius priuilegio habetis, nos quoq; præſentis ſcripti autoritate firmamus, vt de noualib. quæ proprijs manib. vel ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis animaliu veſtrorũ nulla Eccleſiaſtica ſecularisúe perſona, decimas à vobis exigere præſumat. Decreuimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat præfatum monaſterium, vel cæteras eius Abbatias & obedientias temerè perturbare; aut earum poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuſlibet vexationib. ꝑturbare, ſed illibata & integra cõſeruẽtur eorũ, ꝓ quorũ gubernatione & ſuſtẽtatione

concessa

cõceſſa sũt vſib. omnimodè ꝓfutura, ſalua ſedis Apoſt. auctoritate. Si qua igitur in futurũ Eccleſiaſtica ſecularíſue perſona, hãc noſtræ cõſtitutionis paginã ſciens temerè venire tentauerit, ſecundò tertioúe cõmonita, niſi præſumptionem ſuã digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq́; ſui dignitate careat, reãq́; ſe diuino iudicio exiſtere, de ꝑpetrata iniquitate, cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis eidem loco ſua iura ſeruantib. ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructũ bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. ANNO 1177.

Datũ Ferrariæ per manũ Gratiani Rõ. Eccl. Subdiaconi & Notarij, X. Kal. Maij Indict. X. Incarn. Dom. an. 1177. Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ tertij XVIII.

An. 1180. *Saliuæ Vallis*, monaſteriũ in diœceſi Metẽſi fundatur, fũdo ad id cõceſſo à Comitib. Salmæis, & Comitiſſa *Maltilde* de Hãbourg: q̃ poſt pagũ *Bourmontiũ* omniaque ei annexa, eiuſdẽ cœnobii Religioſis ceſſit, vt teſtantur eius loci monumẽta. *Vallis Saliua in diœceſi Metẽſi.*

An. 1193. Domina Malthildis de Hãbourg Comitiſſa Abbati & fratribus Saluæ Vallis ibidẽ Deo & B. Mariæ Virg. ſeruiẽtib. in perpetuũ donant pagũ quendã, nomine Bourmãt cũ appendicijs,

Anno

ANNO 1180. *Entetus Abbas II. Horti B. Mariæ.*

Anno eodem *Ento*, ſiue Entetus Horti B. Mariæ apud Friſios Abbas II. & B. *Friderici* fundatoris ſucceſſor, hunc ipſum locum mirificè auxit, templumque nouum à fundamento extruxit: quod anno inſequente *Balduinus*, Epiſcopus Vltraiectenſis conſecrauit dedicauitque. Obijt autem Entetus anno Præfecturę ſuę octauo Chriſti 1189. III Nonas Octobris. *Sibrandus Leonius libro citato.*

Hildegardis virgo moritur.

Item anno eodem obijt *Sancta Hildegardis* Virgo ordinis Sancti Benedicti, in monaſterio S. Ruperti apud *Bingam*, diœceſis Moguntinę, ætatis ſuæ anno 28. quæ ob vitæ ſanctitatem, ac reuelationes diuinas, vt toto orbe erat celeberrima, ſic à Romanis Pontificibus atque Imperatoribus, ab Epiſcopis & Abbatibus Germaniæ Galliæ atque Italiæ per literas ſalutata frequentiſſimè, atque conſulta eſt. Inter alios & Præpoſitus in *Herde*, Ordinis Præmonſtratenſis monaſterio ad eam literas dedit aliquando; vt & huius fautricem fuiſſe appareat *Ioannes Trithemius in Chronico Hirſaug. an. 1150.*

Sibodus.

Vixit hoc tempore in Friſia occidentali Sibodus, vir diuitiis abundans & cælebs: qui ſpiritu Dei motus cum Thiallingio Donienſi eiuſdem animi viro pri-

mum

mum Canonicorum Regulariũ S. Auguſtini inſtitutum adfectando, poſt regulã Præmonſtratenſem amplexus eſt, ab Enteto Horti B. Mariæ, ſecundo Abbate veſte candida accepta.

ANNO 1182.

Anno itaque 1182. *Sibodus* ad ſuos reuerſus, vna cum *Ielmaro*, quem Entetus illi vt magiſtrum adiecerat, *Lidlumenſe* monaſterium apud Franeckeram, Friſiæ occidentalis opidum hodie ſitum conſtruxit. Quò quidem multa vtriuſque ſexus turba mox confluxit; Sed *Ielmarus* B. Friderici exemplum ſectatus, ne quid infamiæ aut ſiniſtræ opinionis in ſacro oriretur Collegio, nouum monaſterium, quod *Baiom* vocant anno 1186. Virginibus exſtruxit, Vlbodi pij viri & *Simke*, matronæ diuitis & nobilis præſidio adiutus, quem locum montem S. Michaelis appellauit. Ita *Sibrandus Leonius*, in Catalogo manu ſcripto Abbatum Lidlumenſium. Annales tamen Friſiæ volunt *Baiomenſe* monaſterium exſtructum anno 1188. De Lidlumenſi monaſterio vide infrà ad annum 1234.

Lidlumẽſis Abbatia in Friſia.

Baiomẽnſe Virginum monaſteriũ.

Vrbanus II. Pont. Max. libertatem ab Eccleſia Romana Prẽmonſtratenſibus indultam, quæ à decimis noualium ſoluendis ipſos eximit, diplomate IIII. Idus Iulij

Præmõſtratenſes à decimis noualium ſoluendis eximuntur.

ANNO 1182. Iunij anno 1187. Veronæ dato confirmauit. Quod & alii poſt eum Pontifices plurimi fecêre; vt Clemens III. Honorius III. & Innocentius IV.

Sorethum in Sueuia. *Sorethum*, vulgò *Schuſſenrietum*, à Schuſſio præterfluente fluuio ſic dictum, apud Sueuos in diœceſi Conſtantienſi apud *Aldendorfum* arcem Baronum à *Kingſeck* ſitum ex arce in monaſterium Præmonſtratenſe conuertitur, anno 1188 à *Beringero* & *Conrado*, Baronibus à *Schuſſenriet*: quorum prior ibidem Monachus vt vocant, Conuerſus eſt factus. Primos huc Monachos ex *Alba*, ſeu minore Augia miſit Vlricus à *Thamen*, Præpoſitus Augienſis IV. *Bruſchius lib. cit.*

Fuit primùm Præpoſitura, & in Abbatiam conuerſa decreto Concilij Baſilienſis anno 1441.

ANNO 1190. *S. Richardus cognomēto Anglicus floret.* Hoc ferè tempore in VVeſtphalia floruit *B. Richardus*, cognomento Anglicus vir eruditiſſimus, ſcripſit in Canonem Miſſæ lib. 1. qui hodieque manuſcriptus adſeruatur in Collegio S. Benedicti Cantabrigiæ. De computu Eccleſiaſtico libro primo. De Myſterijs ſacris lib. 1. Et de vita Sanctæ Vrſulæ Virginis, & Martyris libro primo qui in legenda Angliæ iam olim extat excuſus. *Ita ferè Ioannes*

Balæus in Catalogo ſcriptorum Britanniæ. ANNO 1190.

Videtur idem eſſe quem in Arensbergenſi ordinis Præmonſt. apud VVeſtphalos monaſterio, plurima volumina ſcripſiſſe, cuiuſque manum, vigeſimo à morte anno, integram atque illæſam, cætero tamen corpore corrupto, inuentam eſſe ſuperius diximus, Vti teſtantur *Cæſarius lib. 12. Exemplorum cap. 47. Et Richardus Palſzedus ſpeculi exemplorum diſtinct. 6. Exemplo. 100.*

Cæterùm libet hoc loco narrare rem ſtupendam, quæ Floreſſiæ diuinitus accidit. Conſtantinopoli his ferè temporibus, *Philippus*, Comes Namurcenſis, frater Balduini Flandriæ Comitis & Imperatoris Conſtantinopolitani, attulit magnam partem S. Crucis Dominicæ, eamque in Eccleſia Floreſſienſi cum aliis reliquiis depoſuit.

Floreſſiæ pars Crucis Dominicæ ſanguinem ſtillat.

Quæ quidem pars S. Crucis anno Domini 1204. & 1254. in feſto inuentionis S. Crucis, coram conuentu fratrum, & populo villæ Floreſſienſis, ſtillauit multas ſanguinis guttas, quæ panniculis lineis exceptę, in hodiernum vſque dié reuerenter aſſeruantur. Vnde & verſiculi iſti thecæ argenteæ, in qua dicta pars Sanctæ Crucis hono-

ANNO 1204. honorificè cuſtoditur, inſcripti leguntur.

Hac crux, quo luxit, nobis bis ſanguine fluxit,
Quam ſciò quod tinxit Chriſti cruor ac benedixit.

Hæc Petrus Herentalſius in Catalogo Abbatum Floreffienſium. Addunt monumenta Eccleſiæ Floreffienſis, hanc crucis Dominicæ partem deſtinatam ac trāſmiſſam eſſe Floreffiam ab *Henrico*, Balduini & Philippi dictorum Principum fratre, qui adoleſcens de religione ibidem amplectenda aliquando cogitarat. Succeſſit autem hic Henricus fratri ſuo *Balduino* in Imperio Conſtantinopolitano.

Hoc ferè tempore in Eccleſia Raſeburgenſi optimo & longæuo admodum Pontifici *Isfrido* ſubrogatur *Philippus*: qui ANNO 1205. *Philippus IV. Raſeburgenſis Epiſcopus.* prædeceſſores ſuos imitatus, magna ſanctitatis ac iuſtitiæ laude præfuit. *Krantzius Metrop. l. 7. c. 2.*

Raſeburgenſi Eccleſiæ, poſt Philippum Vir inſignis *Henricus* nomine, circa hoc tempus præficitur: nimirum ex fratribus Præmonſtratenſibus, qui tum feruente noua religione, & ipſi omni deuotione feruebant. Sed facit illorum temporum iniuria, vt non multa de præſtantibus illis

Henricus V Raſebugen. Epiſcopus.

viris

viris in literas ſint relata. *Ita Krantzius Metrop. l. 7. c. 34.* ANNO 1251.

Clemens V. Pont. Max. Abbati Præmonſtratenſi ius, annulo, mitrra cæterisq; Pontificalibus inſignib. vtendi conceſſit, dato ad id diplomate IIII. Kal. Iulij, Pontificatus ſui anno VIII.

Iacobo Vitriaco, Acconenſi in Syria Epiſcopo, & poſt S. R. E. Cardinale anno 1216 per Galliam tranſmarinæ peregrinationis Crucem, vt vocant, prędicante, Helinus VII. Abbas Floreffienſis vir morum probitate ac ſcientia admodũ commendatus, ipſi comes eſt additus, cùm in prædicatione, tum in peregrinatione, idq; ex mandato Honorij III. Pont. Max. Quantus autem Helinus iſte vir fuerit, ex teſtimonio à Geruaſio Abbate Præmonſtratẽſi, magnę eruditionis viro, ad Patriarcham Hieroſolymitanum dato, licet cognoſcere. Cuius hic exẽplar eò libentiùs ſubiungo, quod monaſteriorum Præmonſtratenſium, quæ in Syria olim fuêre, diſertam faciat mentionem.

Helinus VII Abbas Floreffienſis crucem prædicat cum Iacobo Vitriac.

ANNO 1216.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DILECTO DOMINO,

Dei gratia ſanctæ reſurrectionis venerabili Patriarchæ, Frater Geruaſius, fratrum Præmonſtratenſium humilis ſeruus ſalutem & cum orationum inſtantia deuotam ad obſequia voluntatem.

Epiſtola Geruaſij Abbatis Præmonſt. ad Patriarcham Hieroſolymitanum.

Licet ſolicitudo omnium Eccleſiarum tam ipſius Præmonſtratenſis, cui ſpecialiter præſidemus, quàm totius ordinis, cui inſufficienter præficimur, animum noſtrum reddat multipliciter occupatum, merito tamen affectu ſemper de terræ ſanctæ deſtitutione doluimus, & vt viderent oculi noſtri diem, quo eam audiremus Chriſtiano cultui reſtitutam, ſtudioſè, prout permiſerunt negotia noſtra, quæ nec differri poterāt nec omitti: interpoſuimus partes noſtras, videlicet aut perſonaliter diſſeminando verbum Dei, aut iniungendo hoc ipſum fratribus ordinis noſtri, quos ad hoc credebamus & ſuperiores vita, & clariores doctrina. Sanè cùm D. Papa ſcripſerit venerabili & dilecto fratri Helino. *Abbati Floreffienſi, latori præſentium, pro ſuſcipiendo ad petitionem Domini Acconenſis Epiſcopi, peregrinationis onere tranſmarinæ, laborioſaq; peregrinatione ſuſcepta, ad præsētiam veſtræ paternitatis, accedat:*

veſtra

veſtræ pro eo præeminentiæ ſupplicamus, quatenus ipſum habeatis in Domino cōmendatum: vtpote virū vita cōmendabilē, & qui multos labores in terra ſua ſuſtinuit, & ad liberādā hæreditatē Domini, fideliū mētes exēplo monuit & verbo. Specialiter ſiquidē vos rogamus, vt cū regratiatus populo ſuo Dominus, funiculū ſuæ hæreditatis reddiderit, adoratorib. Crucis ſuæ, poſſeſſiones Eccleſiarum noſtri ordinis, videl. S. Samuelis, & S. Abacuc: quarū prima eſt Præmōſtratēſis, ſecūda Floreſſienſis filia ſpecialis, eidē Abbati reſtitui iubeatis; vt cū fidelis popul⁹ gaudebit, gētiū incredulitatē cōfusā, & terrā debito cultui reſtitutā, noſq; eò plenius poſſimus cōgaudere gaudētib. quò prædictis reuerſis ad ordinē, nihil noſtro deeſſe gaudio ſentiemus. Cōceſſim⁹ aūt memorato Abbati, tā in recōciliādis fugitiuis, ſi opus fuerit, & in alijs omnib. quæ ad ordinē ꝑtinere noſcūtur, noſtræ plenitudinē poteſtatis. Hactenus Geruaſius, qui ob eruditionē ac pietatē, cui⁹ vtriuſq; in hac Epiſtola datur ſpecimē, grat⁹ acceptuſq; fuit Honorio Papę III. totiq; Curiæ Rom. Ad *Helinū* ꝓattinet, vbi, aut quo anno obierit, cōpertū non habemus. Legitur tamen in lib obituum, vt vocant, Eccleſiæ Floreſſiēſis, obijſſe XIV. Kal. Septem. *Hæc ferè ex Petri Harentalſii Catalogo Abbatum Floreſſienſium deſumpſimus.*

ANNO 1216.

Abbatia S Samuelis & Abbacuc Ord. Præmōſt. olim in Syria.

ANNO 1216.
Innocentius III. inſtitu ā Præmōſt onfirmat.

Innocentius III. Pont. Max. vniuerſas conſtitutiones ac priuilegio ordinis Præmonſtratenſis, ab Alexandro III. Lucio III. Vrbano III. & Clemente III. Romanis Pontificibus indulta, confirmauit, ampliſſimo diplomate Viterbij dato VII. Kal. Maij Incarnationis Dominicæ anno 1216. Eſt autem hoc Innocentij III. diploma idem ferè cum diplomate Alexandri III. ſupra ad annum 1177. poſito.

ANNO 1217.
B. Radulph. Abbas Viconienſis moritur.

Beatus Radulphus, Abbas Viconienſis, ſummus fuit amator & benefactor pauperum, largiſſimas dans Eleemoſynas, qui tamen monaſterium ſuum parſimonia atque induſtria longè reddidit opulentius. Is anno Præfecturæ ſuæ ſeptimo, animo & corpori (erat enim iam grandæuus) quietem quærens, ſucceſſorem ſibi dari petijt, plenuſque dierum & bonorum operum obijt anno 1217. ætatis ſuæ. 90.

Ad tumulum eius debiles plurimi olim curati ſunt, vnde & magnus eò confluxus quondam fieri eſt ſolitus, hodieque ſepulchrum eius in magna eſt veneratione; non tamen miraculis, vt ſolet, celebre. Ex quo videlicet ſacrum corpus, ad nouam Eccleſiam, à *Gulielmo VVercinio*, XIII. Abbate anno circiter 1284 ædificatam, eſt

tranſ-

tranſlatum. Legitur autem etiamnum in marmore ſepulchri hæc inſcriptio: ANNO 1217.

Radulphus Abbas. A iudicijs tuis timui Domine. Et infrà.

Vir fuit hic lenis, parcus ſibi, largus egenis.

Hæc & alia plura de eo habent annales Viconienſes.

Slagenſe in Bohemia monaſterium exordium cepit anno 1218. loco à *Kalchoco* milite de *Valckenſtein* Præmonſtratenſib. conceſſo. Quam etiam donationem *Honorius*, Pont. Max. Et *Rudgerus*, Epiſcopus Patauienſis confirmarunt. Primus in eo Prępoſitus fuit *Ortholdus* quidam, ex priore cœnobij *in Mileuu*, *Monumenta Slagenſia*.

Slagenſe monaſteriũ in Bohemia

His ferè temporibus Nicolaus, VIII. Abbas Floreffienſis, Monialibus in VVanzia, vulgò VVanze, in agro Leodienſi cõceſſit facultatem horas canonicas publicè cantandi in Eccleſia eiuſdem loci. VVanziam autem, vt ſupra diximus, Gerlandus III. Abbas Eccleſiæ Floreffienſi primum acquiſiuit. *Petrus Herentalius in Catalogo Abbatum Floreffienſium.* ANNO 1218.

Monaſteriũ Virginum in VVanze in agro Leodienſi.

Reinerus, nobili familia apud Brabantos patre Reiſſone ab *Vaeckn* natus, cùm ex *Laureta Peruetana* filios quatuor, filiaſque octo ſuſcepiſſet *Pellenbergæ* (pagus eſt ho-

ANNO 1219. die milliaribus duobus à Louanio diſtãs) in domo propria clauſtrum & ædiculam exſtruxit, & filias ſuas octo veſtibus albis induit anno 1219. in feſto Aſcenſionis Domini, easque cum amplis facultatibus ac bonis ordini Præmonſt. dicauit. Quarum quidem Virginum cœtum, pòſt in familiam ſuam adoptarunt Patres Capituli generalis Præmonſtratenſis. Reinero fundatore id coram ab ijſdem Patribus poſtulante. Datus eſt igitur Virginibus iſtis Prępoſitus & paſtor primus *Balduinus* quidã, Canonicus Tungerloenſis, cui defũcto ſufficitur *Aegidius* Canonicus Niniuenſis. Is anno 1229. Pellenberga in locum commodiorem haud longè à *Gempe*, Brabantię pago Louanium inter & Diſtenium Monaſterium iſtud Virginum tranſtulit, ædificiis & ſacello ibidem extructis. Ac ſacellum quidem eo ipſo anno *Iacobus* Vitriacus, Epiſcopi Leodienſis tunc ſuffraganeus, in honorem Deiparæ conſecrauit.

Inſula Ducis Gempenſe Virginũ monaſteriũ in Brabantia.

Anno demum 1252. in feſto S. Nicolai prædictum Virginum cœnobium, cũ viæ publicæ vicinum eſſet, in locum ab eadem nonnihil diſſitum, adeoq́ue quietiorem atque amœniorem tranſlatum eſt ab *Henrico Baculo* cognomento, tunc Præpoſito ex monaſterio Parcenſi aſſumpto. Quem

qui-

quidem locum *InſulamDucis* hodieque ap pellant. Templum verò nouum anno 1280. demum perfectum, dedicatumque eſt, Octaua Paſchæ ab *Arnoldo* tunc ſuffraganeo Leodienſi *Hæc ferè ex monumentis eius loci ipſi hauſimus.* Agunt autem Moniales Gempenſes ab anno 1577. in vrbe Louaniẽſi, ob temporum iniquitatem, maiorum ſuarum pietatem egregiè æmulantes. ANNO 1219.

Circa hoc tempus floruit *S.Gilbertus*, ſiue Guilbertus, Abbas ordinis Præmonſt. cuius feſtum celebratur 4. Febru. in tota diœceſi Claromontana, in Gallia. Fuit is natione Italus, genere nobilis, qui relictis parentibus, in terram ſanctam deuotionis ergò peregrinationem inſtituit. Quâ ab ſoluta, cùm domum redijſſet, eſſetque hæres ex aſſe, in piis peregrinationibus perſeuerauit, & monaſterium ordinis Præmonſtratenſis in mediis ſiluis apud opidũ S.Portiani in Aruernia (quòd à fundatore hodie *S.Guilberti* dicitur) ſuo ære extruxit habitumque eius ordinis accepit: vbi & in Domino obdormiuit multis illuſtris miraculis. Corpus eius è terra leuatum, ibidem in capſa adſeruatur. Oſtenditur & baculus, quo in Peregrinationibus obeundis vſus eſt. ANNO 1220. *S. Guilbertus Abbas & fundator monaſterij quod vulgò S. Guilberti dicitur in Aruernia.*

ANNO 1220.

Multi hodieque religionis ac peregrinationis ergò, ad monaſterium iſtud confluunt, ob frequentia miracula, quæ ibidē contingunt: præſertim circa pueros in vtero materno emortuos, qui *S. Guiliberti* meritis & interceſſione, non rarò ad vitā reuocantur. quod anno 1575. menſe Maio etiam accidiſſe, ex fide digno accepimus.

Solent & parentes, quibus pueri ante ſeptimum ætatis annum fortè emoriuntur, proles ſuas, ſi quas alias ſuſceperint; eò mittere, vt Deus eas ſuperſtites S. Guiliberti meritis dignetur conſeruare. Quo fit, vt quouis ferè tempore pueros in eodem monaſterio videas, candidum huius ordinis habitum diebus nouem geſtantes. Pro quibus ibidem S S. Miſſæ ſacrificio oblato, ad parentes ijdem pòſt ſalui redeunt; veſte ſua candida monaſterio relicta.

Iacobus Atrebas Doctor Theologus floret.

Iacobus Atrebas, Doctor Theologus cœnobij Montis S. Martini diœceſis Cameracenſis Abbas vir pius iuxta ac doctus, ſcripſit de Laudibus B. Mariæ Virginis lib. 8. De Conceptione B. Mariæ Virginis Epiſtolam ad Præpoſitum, Decanum & Capitulum B. Mariæ Atrebatenſis. Reſponſionum ad quæſtiones ſibi Præpoſi-

tas

taslib.1.In vltimam viſionem Ezechielis lib. 1. De triplici tractu Euangelico lib.1. ad Euſtachium Lenſium, Viconienſem Canonicum. Epiſtolarum volumen vnum. Sermones ad populum varios. Floruit anno 1220. ANNO 1220.

Anno 1221. obijt vir admodum religioſus *Arnoldus à Sualma*, Canonicus Niniuenſis in Flandria qui cum annis ferè 33. Sacerdos parochialis Eccleſiæ opidi Niniuenſis fuiſſet (ſpectat enim cura paſtoralis eius opidi ad Religioſos Niniuenſes) atque in monaſterij cœmiterio ſepultus eſſet, miraculis prodentibus ad Eccleſiam parœcialem deferri & ibidem meruit ſepeliri *Balduinus Niniuenſis in Chronico manuſcripto*. ANNO 1221. *B. Arnoldus à Sualma.*

S. Dominicus ordinis Prædicatorum auctor & Princeps Bononiæ hoc anno in Domino obdormiuit. Inter cæteras reuelationes, quibus ordo Prędicatorum diuinitus eſt demonſtratus, *Theodoricus de Apoldia* in vita S. Dominici lib. 1. c.12. apud Surium, & *Gerandus Lemouicenſis* in vitis Fratrum Prædicatorum parte 1. cap. 2. referuntur, venerabilem virum Arauſicanum in Prouincia Arelatenſi Epiſcopum de dicto ordine prophetaſſe idque

ANNO 1221. annis aliquot ante eius exortum. Addit Theodoricus de Appoldia, hunc Epiſcopum fuiſſe ordinis albi.

Aliis itaque rerum Gallicarum peritioribus excutiendum relinquo, an hic Epiſcopus Arauſicanus, fuerit Præmonſtratẽſis, an verò Carthuſienſis ordinis.

ANNO 1225. *Euſtachius Lenſius floret ſcriptis.*

Euſtachius Lenſius, Doctor Theologus ex monaſterij Viconienſis Canonico, Vallis Chriſtianæ & Serenæ Abbas, ſcripſit Coſmographiam Moſis, lib. III. Seminarium verbi Dei, quod ingenti volumine comprehenſum, atque alphabetico ordine digeſtum, rectè *Lexicō bellicum* appellaueris. In regulam S. Auguſtini ad Geruaſium Præmonſtratenſis ordinis primatem. In hymnos ab Ordine Præmonſtratenſi receptos lib. 1. De metris lib. 1. De myſterijs ſanctæ ſcripturæ lib. 1. De Tropis & Scematibus lib. vnũ. De ſignificationibus nominũ & qualitatibus rerum ex D. Greg. l. vnum. Item tractatum de Trinitate, quem morte pręuentus imperfectum reliquit. Dum namque huic ſublimi meditationi totus inhæret, animam efflauit iam decrepitus, an. 1225. Dicitur & in Geneſim, Exodum, Deuteronomium & Paralip. cõmentarios ſcripſiſſe. Extant operum iſtorum pleraque manuſcripta apud Viconienſes.

Hoc

Hoc anno obiit *B.Iuetta* vidua, recluſa, leproſiſq; ſeruiens apud Huium ditionis Leodicenſis ad Moſam fluuium opidum. Viuebat autem ſecundum conſuetudinem ordinis Ciſtercienſis, eratque valdè amans fratrum ord. Præmonſt. De qua Ioannes Molanus ad Vſuardum, & in Natalibus SS. Belgij 13. Ianuar. Poſtremam eius ante obitum confeſſionem excepit *Ioannes Huienſis* nonus Abbas Floreffienſis, corpuſque eius honorificè terræ mandauit: cuius etiam iuſſu, vitam & merita eiuſdem Iuettæ prolixè & eleganter conſcripſit *Hugo Floreffienſis*, Canonicus. Idem quoque vitam *B.Idæ*, Niuellenſis Virginis. ordinis Ciſtercienſis in *Ramnia*, Brabantiæ monaſterio (de qua & Molanus citatis locis) eruditè deſcripſit. Habeo vtramque vitam manuſcriptam in antiquo codice, vna cum vita *Beatæ Idæ* Lebbenſis, in *Ramnia*, itidem Monialis: quæ & ab eodem Hugone videtur eſſe conſcripta. ANNO 1227.

Hugo Floreffienſis ſcriptis clarus.

Cæterùm falsò huic *Hugoni Floreffienſi*, à Zacharia Lippeloio, in Tomis ſanctorum à ſe editis, adſcribitur Vita ſancti Norberti, à Surio edita, cùm auctor fateatur Beati Norberti coæuum ſe fuiſſe, vti ſupra diximus ad annum

mil-

ANNO 1227. *B. Walterus Abbas Viconienſis moritur.*

millesimum centeſimum triceſimum quartum.

Venerabilis *VValterus Quercetanus*, Vir ſingulari pietate ac doctrina præditus, Beato Radulpho (de quo ſupra diximus anno 1217.) in Præfectura monaſterij *Viconienſis* ſuffectus, illud ipſum multis ædificijs, ac ſanctorum reliquijs exornauit. Præfuit annos ferè 18. obijtque anno 1229. Qui cùm ad ſepulchrum deferretur, tanta lux diuinitus immiſſa defuncti corpus irradiauit, vt Religioſi adſiſtentes, eam vix ferre poſſent. *Annales Viconienſes.*

ANNO 1230. *B. Siardus Abbas Horti B. Mariæ moritur.*

Beatus Siardus V. Abbas *Horti B. Mariæ* in Friſia occidentali, vt erat vir ſanctiſſimus, ſummo in honore per Friſiam eſt habitus. Fundauit Curiam B. Mariæ in *Backefeen* propè Trentam, & annos 36. ſuis magna vitæ integritate præfuit, migrauitque ad Dominum anno 1230. Nouembris 13.

Miracula quæ ad eius ſepulchrum ferè infinita contigerunt, à *Sibrando VI.* Abbate literis conſignata, habentur manuſcripta in *Steinueld.* monaſterio diœceſis Colonienſis in Eifflia. *De B. Siardo vide Molanum in Natal. SS. Belgij.*

Tempore Frederici II. Imp. in Tuſcia in monaſterio quodam ordinis Præmóſt

frater quidam viam vniuerſæ carnis ingreſſus, interceſſione Deiparæ Virginis bis ad vitam rediit, vt vetera ſua delicta plangeret atque emendaret. Itaque Cellã ſibi in eremo conſtructam incolens, in eadem vitam egit ſanctiſſimam.

ANNO 1230.

Inuiſit illum aliquando iſthac iter ad Capitulum generale inſtituens vir quidã venerabilis, Ordinis Minorum Guardianus Friburgenſis, qui ex eodem multa admiranda, de ſtatu militantis Eccleſiæ de pœnis damnandorum, deque gloria Beatorum coràm audiuit, quæ domum reuerſus, Patri *Arnoldo*, viro probatiſſimo (cuius *Thomas Cantipratanus* libr. 2. Apum cap. 57. meminit) fratrum Prædicatorum in eadem vrbe Friburgenſi Priori, fideliter enarrauit. Hæc deſumpſimus ex veteri codice manuſcripto de vita *S. Dominici*, *B. Iordani*, & aliorum Patrum ordinis Prædicatorum, qui codex Francofurto ad Mœnum fluuium, Antuerpiam nuper allalatus eſt.

ANNO 1231.

Gertrudis S. Elizabethæ filia.

Anno 1231. obijt S. Elizabetha Andreæ II. Hungariæ Regis filia, & Thuringiæ Landgrauia: cuius filia Gertrudis, vti erat ſummæ pietatis, Magiſtra ſiue Præfecta fuit monaſterij ordinis Præmonſtratenſis in *Aldenburg*.

Mona-

ANNO 1231.
Vallis liliorum Virginum monaſterium apud Machliniam.

Monaſterium Virginum, cognomento *Vallis liliorum* circa hoc tempus in agro Machlinieſi piorũ eleemoſynis conſtruitur, Monialibus ex monaſterio Gempenſi (de quo ſupra dictum) euocatis. Aiunt autem huius monaſterij extruendi occaſionem dediſſe cantu m auium octodecim quæ eo loco, vbi eſt monaſterium ædificatum, ſepties quotidie cantillantes, à ſacerdote quodam & Paræco Humbecano viſę auditæque ſint. Quod quidem augurium ſic ipſe aliique interpretati ſunt, vt *Deus* ſeptenas ibi horas Canonicas ſibi quotidie decantari velle videretur. Agunt autem hodie dicti monaſterij virgines, in vrbe Machlinienſi, ob iniquitatem temporum, ſuntque ferè ſemper numero octodecim; quem numerum cùm aliquando exceſſiſſent, bis terue obſeruatum eſt, Prioriſſam & Præfectũ ſacerdotem, quem *Præpoſitum* vocant, quorum conſenſu id factũ fuiſſet, intra anni ſpatiũ ex hac vita euocatos eſſe.

ANNO 1232.
Lambertus Epiſcopus Raſeburg.

Hoc ferè tẽpore mortuo *Henrico*, *Lambertus* ex Hamburgenſi & Bremenſi Canonico, creatus eſt Epiſcopus Raſeburgenſis: quo paulò poſt defuncto, iterum ſedes Epiſcopalis eius vrbis ad familiã redijt Pręmonſtratenſem, *Godeſcalco* Eccleſiæ Raſeburgenſis Præpoſito ad Epiſcopatum eue-

ᵭo *Krantzius Metrop.l.7.c.45.* ANNO 1233.

Cæterùm cùm ſuauem admodū probitatis ac ſanctimoniæ odorem Norbertini vbique ſpargerent, factum eſt, vt non modo priuati homines, ſed & religioſorum hominum familiæ, ſanctiſſimam eorum amicitiam, bonorumque operum communicationem, non minus piè, quàm ſtudioſè ambirēt. Exēplo ſint Patres Dominicani, per Teutoniam id temporis conſtituti: qui in publico conuentu anno Domini, 1233. Præmonſtrati à Norbertinis habito, ſummoperè inſtiterunt, vt ab iiſdem in partem bonorum omniū, & quaſi hæreditatis admitterētur. Quæ quidē res, quia ad vtriuſq; Ord. & Præmonſt. & Dominic. cōmendationem facit, libet hîc exemplar litterarum ex autographo, ꝙ Antuerpiæ Dominicani adſeruāt, ſubnectere.

Dominicani Teutoniæ ad bonorum operum cōmunicationem admittuntur à Præmonſtratanis.

VIris Religioſis & amicis chariſſimis in Chriſto vniuerſis fratribus ordinis Prædicatorum per Teutoniam conſtitutis, Abbatum Præmonſtratenſis ordinis Capitulū generale, ſalutē, & ex ſemine verbi Dei ſalutis manipulos reportare.

Quam fructuoſus exiſtat labor ille, quàm acceptum Deo & hominibus ſacrificium operentur, qui ſpecialiter ſalutem animarum procurant, & in acquirendis Deo deuotis ani-

ANNO 1233. *animabus, ſuum exercitium inceſſanter impediunt, nou erunt omnes, qui Chriſtiani nominis inſignia profitentur: vnde cùm operationis veſtræ ſtudium ad hoc præcipuè ac principaliter dirigatur, vt per prædicationis veſtræ laborem, peccatores ab errore viæ ſuæ ſalubriter conuertantur, & propulſis ignorantiæ tenebris, ad rectam fidei & ſanctitatis lucem recurrant: decet profectò & expedit, vt vobis per orationes fidelium ſuccurratur, quatenus & liberè, quod piè intenditis, exequi valeatis, & deſideratum fructum de veſtro labore abundantius reportetis. Cum igitur orationes ordinis noſtri ex parte veſtra à vobis fuerint deuotè poſtulatæ, eidem petitioni benignè & humiliter inclinati, concedimus vobis vniuerſis & ſingulis plenam participationem noſtrorum, & omnium ſpiritualium beneficiorum, quæ de cætero in vniuerſo eodem ordine noſtro fient. Et vt labor veſter melius ſortiatur effectum, auctoritate præſentium vobis plenam concedimus facultatem concedendi, erogandi orationes noſtras omnibus illis qui ad prædicationem veſtram aut monitionem à peccatorum perpetratione ceſſabunt, aut iniurias, vel inimicitias inimicis remittent. Valete, Datum Præmonſtrati in Capitulo generali anno gratiæ 1233.*

ANNO 1234. Cùm *Lidlumenſe*, Friſiæ occidentalis monaſterium, littori maris proximum

oceani

oceani fluctibus frequenter affligeretur, *Sibodus* Abbas V. monaſterium in locum à mari remotiorem anno 1234. tranſtulit, à fundatione primæ ſeu veteris vallis anno 52. Quo in loco non longè à *Franichera* oppido ad noſtra vſque tempora florens perſtitit. *Sibrandus Leonius libro citato.* ANNO 1234.

Hoc anno 7. Aprilis in monaſterio Virginum diœceſis Colonienſis, *Steinfeldenſis* Abbatiæ vicino, ex hac vita deceſſit *S. Hermannus*, Presbyter & Canonicus ordinis Præmonſtratenſis, qui & *Ioſeph* ob ſimplicitatem morum, & ſingularem deuotionem erga Deiparam nuncupabatur. Relatus eſt inde *Steinfeldiam*, vbi hodieq; corpus eius viſitur è terra eleuatum. De eiuſdem vita ſcripſit dialogum *Raſo Bonus-vicinus*, Canonicus eiuſdē ordinis Præmonſt. qui extat Tom. 2. Surij, & ſeorſim in 8. iam olim excuſus. *De eodem vide Ioannem Molanum in Natalibus S S. Belgij 7. Aprilis.* ANNO 1236. *Ioannes Steinfeldēſis in Domino obdormit.*

Anno 1237. *Aegidius à Levvis*, qui primum plebanus ſeu Parœcus fuerat in municipio *Levvenſi*, apud Bruxellam, & anno 1214. concionari incipiens, multa hominum millia Cruce ſignârat, quique poſt Abbas Viconienſis electus eſt. Te, inquā, cum fratre *Andrea*, Plebano & Canonico ANNO 1237. *Ægidius à Levvis, Abbas Viconiēſis in Syriā proficiſcitur cum cruce ſignatis.*

ANNO 1237. Niniuenſi & *Ioanne ab Ontre* communi ſocio circa feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, innumerabili Cruce ſignatorum turba ad terram ſanctam barbaris eripiendam iter inſtituerunt. Sed *Andreas* Brunduſij in quodam ordinis Præmonſtratenſis monaſterio diem clauſit extremum: Cæteri verò Cruce ſignati, in feſto Natiuitatis B. Virginis mari ſe commiſerunt.

Petrus VIII Epiſcopus Raſeburg. Poſt *Godeſcalcum Petrus*, Eccleſiæ Raſeburgenſi Epiſcopus datus: Sed neutri diuturnus fuit Pōtiſicatus, nam ambo vix annos quatuor impleuêre. *Krātzius Metrop. lib. 7. cap. 49.*

ANNO 1238. *Sibrandus VI. Abbas Horti B. Mariæ in Friſia.* Sibrandus ſextus Abbas horti B. Mariæ in Friſia occidentali vir doctiſſimus ſcripſit vitam B. Friderici horti eiuſdem fundatoris quam M. S. habemus in noſtra Bibliotheca. Item vitam S. Siardi V. eiuſdem loci Abbatis, quæ M. S. eſt in monaſterio Steinfeldenſi Diœceſis Colonienſis. Fuit autem Sibrandus iſte omnium ſcientiarū atque elegantiarum amantiſſimus, qui acerſito quodam Frederico magnę famę atque eruditionis viro velut Academiā ſuo in monaſterio inſtituit, & ante meridiem Ethnicos Poetas atq; Hiſtoricos, à meridie ſacros ſcriptores prælegēdos curauit, quo factum vt magnus erudiendæ iuuentutis

concur-

concurſus id temporis ad Hortum B. Mariæ extiterit. ANNO 1238.

Idem Sibrandus poſtulante id Anaſtaſia Pomeraniæ Principe ex monaſterio Bethleemitico, inſtituti Præmõſtratenſis, de quo ſupra anno 1176. diximus, ſacras virgines decem ſelegit & ad monaſterium in Sclauonia ſimile erigendum, ad Anaſtaſiam miſit. Ad quam cùm dictæ virgines perueniſſent, diuiſis vtrique filio prouincijs ipſe Princeps cum ijſdem ad locum, quem Rubum vulgò nuncupabant, ſe contulit, vbi mox cœnobio à fundamentis exædificato, ordinis ſe rigori ſubiecit.

Rubus Virg. in Sclauonia monaſteriũ fundatur.

Obijt verò Sibrandus his & alijs pijs operibus iugiter intentus anno præfecturæ ſuæ octauo, ſalutis verò 1238. *Sibrandus Leonius in Catalogo manuſcripto Abbatum Horti Mariæ.*

BVVO vir pius & diues circa annum milleſimum ducẽteſimum quadrageſimũ, fundauit Monaſterium Bubenſe in Friſia ſic ab Auctore nuncupatum, Virginibus ex Bethlehem ab Horto Mariæ Abbate tranſmiſſis. ANNO 1240.

Buuenſe monaſteriũ in Friſia.

CONRADVS *à Lichtenau*, genere nobilis, ſed ingenio ac doctrina illuſtrior

Conradus à Lichtenau.

ANNO 1216. ordinis Præmonſtratenſis Abbas. Nouus Vrſpergenſis ad Mindulam fluuium, in diœceſi Auguſtana, ſcripſit Chronicon à Nino Aſſyriorum Rege, vſque ad annum Chriſti 1229 Auguſtæ vindelicorum. Anno 1515. Argentinæ 1537. & Baſileę 1569. typis editum. Sunt autem ab Hæreticis inſertæ annotationes impiæ, & Paralipomena pariter impia ad calcem ſubiuncta, quæ à Tridentinis cenſoribus in indice librorum prohibitorum meritò ſunt damnata.

Scripſit idem Conradus *de vitis Sãctorũ* lib. duodecim, vt ipſemet initio chronici ſui teſtatur. Obijt anno 1240. in monaſterio inſtaurato & inſigni Bibliotheca adornata annos 14 laudabiliter præfuiſſet. *Bruſthius in Catalogo Monaſteriorum Germaniæ. Et Ioannes Molanus in Bibliotheca Theologica.*

ANNO 1243. *Ludolphus nouus Epiſcopus Riſeburgenſis.*

Raſeburgenſis Eccleſia per ea tempora Pontificem habuit inſignem virum *Ludolphum*, qui pro libertate Eccleſiaſtica ſub Alberto Saxoniæ Duce fortiter pugnauit. Legitur autem in hiſtoria paſſionis eius. (vt ait *Krantzius Metrop. lib. 8. cap. 8.*) poſt varia tormentorum genera iam viribus prorſus deſtitutum, quietem & pacem, quam in reliqua diœceſi à facie perſequen-

tis

tis non habebat in vrbe VViſmaria inueniſſe, atque à nobili viro *Ioanne* Domino *Magnopolenſi* humaniter ſuſceptum ibidem diem extremum expectaſſe. Accidit autem vt nocte cœnam Domini præcedente duo ex fratribus ad eum venientes, ſalutis poculum eidem adferrent; quo confortatus, viribus receptis, ipſo die cœnæ officium ſuum deuotiſſime peregit. Piè verò creditur duos illos fratres qui poculum tradiderunt, fuiſſe anteceſſores eius *Guermodum* & *Iſfridum*. Tanta autem Ludolphi temporibus diſciplinæ, ſeueritas Raſeburgi ſeruabatur, vt monaſterium iſtud tam à Clero, quàm à populo *carcer ordinis* appellaretur. ANNO 1243.

Idem Pontifex Monaſterium ſui ordinis Præmonſtratenſis. in *Rene* fundauit dotauitque. Demum plenus bonorum operũ vir Dei quieuit in pace, miraculis etiam illuſtris. Exſtant verſus admodum ingenioſi in laudem huius Pontificis, qui quoquomodo legantur, ſiue per verſuum capita deorſum, ſiue per directum, idem ſonant, ijdemque ſemper manent verſus, ſi ſingulorum primas dictiones iunxeris, fit primus verſus, ſi ſecundus, ſecũdus, & ſic deinceps. *Monaſteriũ in Rene fũdatur.*

Gemmea Paſtorum lux fulgens Regula legis

ANNO 1241. *Paſtorum ſpeculum Iuuenum Dux legis imago,*
Lux iuuenum claræ Reparator, Gloria plebis
Fulgens dux Reparator cleri pacis amator
Regula legis gloria pacis formula dulcis
Legis imago plebis amator dulcis adeſto.

Hæc ferè Krantzius Metrop. lib. 8. cap. 8. præter quem & Antonius Demochares lib. de SS. Miſſæ ſacrificio in tabulis Epiſcoporum Raſeburgenſium verſus iſtos, vti nota dignos, literis mandauit.

Ruina turris D. Michaelis Antuerpiæ.

Anno 1241. medio ferè die corruit turris monaſterij S. Michaelis Antuerpiæ, ex quâ egregiè inſtaurata hodie Scaldim fluuium longè lateque proſpectare licet.

ANNO 1244. *Iacobus Vitriacus Cardinalis moritur.*

Anno 1244. in priuilegio SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi Romæ ex vita migrauit Iacobus Vitriacus primum Acconéſis in Syria- poſt Tuſculanus Epiſcopus, & S. R. Cardinalis ſedisque Apoſtolicæ in Germania, Gallia, ac demum in Syria legatus: qui in hiſtoria ſua occidentali cap. 22. de Canonicis Premonſtratenſibus multa habet preclara lectuque digniſſima. Quę quidem ad chronici noſtri illuſtrationem viſum hic fuit ſubiungere.

Eius de Præmonſtratanis teſtimonium.

Quidam (inquit) *vir iuſtus & timoratus, verus Dei cultor & permanens in innocentia ſua, dictus* Norbertus *cum prædicatione ſua, velut*

cæleſtis fiſtula & tuba argentea multos docuiſſet, & ad dominum conuertens ad frugem melioris vitæ diuinitus inſpiratos incitaſſet, tandem in loco qui Præmonſtratum dicitur ad opus ſui & diſcipulorum ſuorum pacificum conſtituit habitaculum. Sumpto autem regulari habitu, vt ſecundum Regulam Beati Auguſtini Domino militaret, conſuetum viuendi modum quem prædicti regulares Canonici vſq; ad tempora illa laxius obſeruauerant, in ſe & in diſcipulis ſuis coarctauit, quaſdam nouas inſtitutiones addendo, quaſdam etiam veteres immutando. Carnes ſiquidem Præmonſtratenſis ordinis Canonici & fratres laici nunquam niſi in infirmitate manducant. A feſto Sanctæ Crucis vſque ad Paſcha ieiunant, duobus pulmentis more Ciſtercienſium in refectorio veſcuntur. pellibus ouinis vtuntur. Camiſijs non induuntur. veſtiti tunicis albis & caligis, calciati dormiunt. Cappis laneis albis abſque tinctura aliqua veſtiuntur. Diebus feſtis more aliorum Canonicorum, nouem lectiones, alijs autem tres tantum in Matutinis legunt. Poſt officium nocturnum ad dormitorium reuertuntur vt dormiant & quieſcant. temporibus determinatis & horis certis ad labores manuum egrediuntur. Parochiales Eccleſias & animarum ſecularium curas in proprijs perſonis ſuſcipiunt: Omnia huius inſtitutionis & religionis

ANNO 1244.

Paracijs præerant Præmõſtratenſes, vti & hodie.

ANNO 1243. *monaſteria ſub vno capite Præmonſtratenſis Monaſterij continentur, ad quod annis ſingulis ad generale capitulum omnes huius ordinis Abbates congregantur. Habent autem curias & Prioratus non ſolum hominum, ſed & fœminarum, in quibus tam clerici quàm laici ſecundum quod eis à ſuperioribus ſuis iniungitur, cõmorantur. A principio autem ordinis & nouellæ plantationis, cùm adhuc pretioſo paupertatis theſauro abundarent, quaſi muſto nouæ religionis inebriati, & feruentes igne illo, quem miſit dominus in terra vt arderet, adeò ſuccẽſi ſunt, quod non ſolùm vicinas regiones ſed remotas per vniuerſum ferè mundum prouincias accendebant, illuminabant, & exemplo conuerſationis ſuæ prouocabant. Vnde paruo tempore multa vbiq; huius ordinis & profeſſionis tam clericorum quàm ſanctimonialium conſtructa ſunt monaſteria, largitione Principum & eleemoſynis fidelium copioſis reditibus & latis poſſeſſionibus in immenſum ampliata & ſufficienter ditata. Caſtis ſiquidèm matronis & viduis ſanctis & Deo deuotis virginibus velut lapidibus pretioſis adornatum, & pulchritudinem tam ſanctæ & honeſtæ religionis conuenientibus, quas ex duobus virorum & mulierum parietibus vno angulari lapide coniunctis iucundum Deo conſtructum eſt habitaculum, & quaſi alterius arcæ ædificium 9. & 6. conſummatum, in quo im-*

mitia animalia & beſtiales ſenſualitatis motus ieiunÿs vigilÿs, orationibus,& alÿs varÿs disciplinis tanta diſtractione domabātur, quod refrenato tumultu pacem habentes arcæ rectores non multum infeſtabant. Quod ſi aliquando contra ipſos indiſciplinatè inſurgerent, capitibus eorum illiſis ad petram in matutinis interficiebantur omnes peccatores terræ. Moniales ſiquidem adeò incluſæ infra ſepta monaſterÿ tenebantur, quod ad eas nullus hominum petebat ingreſſus. Et quoniam in Choro & Eccleſia non cantabant, ſed tantum in ſilentio orationi vacabant, pſalteria ſua legentes, & horas canonicas vel Beatæ Virginis Mariæ ſecretis cum omni humilitate & deuotione dicentes: commorabantur ſeorſum eiuſdem ordinis ſacerdotes & Clerici, viri probati & religioſi, qui eis in diuinis officÿs ſeruientes confeßiones earum per feneſtras audiebant, & eas certis temporibus verbis diuinarum ſcripturarum inſtruere & informare ſtudebant. Poſtquam verò feneſtras in oſtia conuerterunt, & primo feruore tepeſcēte, improuida ſecuritas torporē & negligentiam inducere cepit, dormiente oſtiaria in feruore diei, Isboſeth percuſſus eſt in inguine; & dum arcæ ſentinam perforauit, inimicus aquis apertè in inferiore ſubintrantibus, multi vtriuſq; ſexus in limo ſubmerſi perierunt. Experimento tandem cognoſcentes illam Beati Hieronymi

ANNO 1244.

2. Reg. 4.

in ſtatutis an. 1505. euulgatis habetur diſt. 4. cap. 15. his verbis. *Nulla mulier in ordine noſtro recipiatur in ſororem, niſi in illis locis, quæ ſunt ab antiquo recipiendis cantantibus ſororibus in perpetuum deputata.* Florent autem hodie ſacrarum huius inſtituti Virginum monaſteria per Hiſpaniam, Galliam, Germaniam ſuperiorem & inferiorem plurima.

ANNO 1244.

Innocentius IV. Pontifex Max. inter alia plurima ad reformationem Præmonſtratenſis ordinis pertinentia, ſanciuit, ne quis *conuerſus* (vt vocant) in poſterum admittatur, niſi viceſimum quintum ętatis annum attigerit. Simplo diplomate Lugduni. VII. Idus Martii, Anno 1244. dato hodie multis è locis conuerſi ſiue laici, vt vocant excluduntur, quod ferè ad liberiorem vitæ rationem dilabi ſoleant.

Vide quæ ſupra diximus anno 1130. & 1198.

Conuerſus ante 25. ætatis annũ non admittendus.

Idem *Innocentius* Pontifex quarto poſt anno in gratiam Præmonſtratenſium hoc diploma edidit. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & deuotionis veſtræ precibus inclinati vt poſſeßiones & alia mobilia bona & immobilia exceptis feudalibus, quæ perſonas liberas fratrũ ad monaſteria veſtra mundi relicta vanitate volantiũ & profeßionem faciẽtiũ in eodem ſi remãſiſſent ſeculo ratione ſucceßionis vel quocunq; alio iuſto titulo contigiſſent,*

ANNO 1248.

Præmõſtratenſes poſſũt adire hæreditates.

petere,

ANNO 1255. *petere, recipere, ac retinere liberè valeatis vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli igitur &c. Datum Lugduni 4. Non. Ian. Pontificatus noſtri an. 6.*

Coningfeldia Virginũ in Batauia cœnobium, propè Delphos.

Hoc anno *Coningfeldia*, quod latinè regiũ campum ſonat nobilium virginum in Batauia cœnobium à *Richarda* ſorore Guilhelmi ſecundi Hollandię Zelandięque comitis & Rom. Regis, exſtruitur ad muros Delfenſis in Hollandia oppidi, ad Sciæ fluuius ripam: locus eſt cognominis illi, vbi Melcheſedechus Solimorum Rex, Abrahamum excepit, quem Ioſephus teſtatur *Regium campum* quoque fuiſſe cognominatum. Sed vt alia ferè Batauiæ monaſteria, ſic & iſtud temporum iniquitate dirutum atque exciſum eſt. Chorum *campi Regÿ* nomen huic cœnobio inditum videtur, quod illud ipſum Richarda ſtruxerit in remedium animæ fratris ſui Guilhelmi Rom. Regis à Friſiis cęſi, vt alibi diſertè ſcriptum legi.

ANNO 1260. *Fridericus decimus Raſeburgēſis Epiſcopus.*

Defuncto *B. Ludolpho*, in ſede Epiſcopali Raſeburgenſi præficitur *Fridericus*: de quo etſi annales ſobriè ſcribant, inſignem tamen fuiſſe, & loci celebris religio, & magni prædeceſſoris exemplum perſuadet. *Ita ferè Krantzius. Metrop. lib. 5. cap. 18.*

Raſeburgenſis Eccleſiæ per hoc tempus

præfuit

præfuit *Vlricus*, nobile Glucheriorum familia natus, pauperum conſolator inſignis, in eleemoſynis dandis largus, ceteriſque miſericordiæ operibus admodum deditus. Quo factum eſt, vt cùm frumentum omne pauperibus quodam tempore famis diſtribuendum curaſſet, Granazium immiſſo diuinitus frumento plenum ſit inuentum. (*Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 29.* ANNO 1267. *Vlricus XI. Raſeburgen. Epiſcopus.*

S. Ludouicus eius nominis Galliarum Rex nouus, ordinis Præmonſtratenſis, magnus fautor & promotor, in Domino obdormit. ANNO 1270.

Vlrico in ſede Raſcburgenſi à fratribus ſucceſſor datus eſt *Conradus*, vir ſenex & bonus. Quod quidem olim elogiũ S. Ambroſius Simpliciano rribuit. *Conradus* autem præfuit annis non paucis. *Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 44.* ANNO 1276. *Conradus XII. Raſeburgenſis Epiſcopus.*

Anno circiter 1279. *Guilhelmo VVercinienſi* apud Viconienſes Abbate iuuenis quidem ibidem fuit *Iacobus* nomine, nouitius, vt vocant, pijs operibus ac cantu in choro admodum ſe oblectans: qui ante votum profeſſionis ſolenniter emiſſum graui infirmitate correptus, paulò ante mortem raptus eſt in extaſim. At poſt ſibi redditus, cùm maxima gaudij ſigna daret, à magiſtro nouitiorum alijſque aſtantibus ANNO 1279. *B. Iacobus Viconienſis nouitius ſanctiſſime emoritur.*

ANNO 1279.

cauſam rogatus, reſpondit, vidiſſe in paradiſo cœleſti choros inter virginum, locum ſibi præparatum, rogauitque vt magiſter antiphonam in choro cum alijs ſæpius à ſe decantatam, *Aue mundi ſpes Maria* ſecum canere dignaretur. Quo facto, pius iuuenis ſuauiſſimè in domino obdormiuit, accidit autem vt anno pòſt tertio, cùm Eccleſiæ nouæ fundamenta iacerentur, corpus eius prorſus illæſum atque integrum ſit repertum, adeo vt nulla in parte à vermibus arroſum, ſpirare ac viuere videretur, veſtimentis tamen quibus inuolutum fuerat, corruptis atque abſumptis. Itaq; ſacrum corpus virgineum fratres leuantes, honorifico tumulo in Eccleſia noua condiderunt. *Annales Viconienſes.*

ANNO 1282.

Rudolphus I Imperator Albam Augiam amplificat.

Rudolphus Habſpurgius I. Rom. Imperator Auſtriacæ familiæ, hodie per orbem vniuerſum potentiſſimæ, caput, eiuſq; coniunx *Anna* Comitiſſa Hoehenburgenſis (quæ Baſileæ in ſumma æde quieſcit) ordinis Præmonſtratenſis fautores eximij monaſterium *Albæ Augiæ* apud Sueuos, de quo ſupra diximus anno 1145. ita auxerunt ac locupletarunt anno 1282. vt ſecundi eius loci fundatores merito habeantur. *Bruſchius in Catalogo Monaſt. Germaniæ.*

Anno eodem *Nicolaus IV.* Pont. Max Innocentij IV. prædeceſſoris, ſui ſtatutum, de abſtinentia ab eſu carnium mitigauit, earumque eſum diſpenſationi ac diſcretioni Abbatum eorumve gerentium vices reliquit. ANNO 1282.

Circa hoc tempus poſt *Conradum* ſubrogatur & ſufficitur ex fratribus inſtituti Præmonſtratenſis *Hermannus*, frater Germanus Vlrici Epiſcopi ante eum ſecundi; ferunt cum Vlrico extremum ægrotanti fratres magno eius deſiderio fortè aſtarēt, rogaſſe quendam familiarius, ſi ipſum ex hac vita euocari contingeret, quid de *Hermanno* Germano ſuo fratre ſentiret, eſſetne Eccleſiæ præficiendus? Ille, ne ſanctuarium Domini hæreditario quaſi iure traderetur, fratribus prorſus ſuaſit, vt Germano neglecto, alium eligerent. Vlrici itaque conſilium ſecuti, prima vice fratrē eius prætererierūt, ſed poſt voto ſuo iā pridē concepto ſatisfacientes, eundemq; ſecundum ab Vlrico Epiſcopum deſignarunt. *Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 54.*

ANNO 1290. *Hermannus 13. Epiſcopus Raſeburgenſis.*

Laudabile, atq; imitatione dignū penitus exemplum.

Balduinus, Canonicus Niniuenſis in Flādria, officio Diaconus ſcripſit Chronicō à Chriſto nato ad annū vſq; 1294. Extat ma.tat manuſcriptū in Niniuēſi Abbatia noſq; illo non mediocriter adiuti ſumus

ANNO 1294. *Balduinus Niniuenſis chronographus.*

Hoc

ANNO 1241.

Paſtorum ſpeculum Iuuenum Dux legis imago.
Lux iuuenum claræ Reparator, Gloria plebis
Fulgens dux Reparator cleri pacis amator
Regula legis gloria pacis formula dulcis
Legis imago plebis amator dulcis adeſto.

Hæc ferè Krantzius Metrop lib.8. cap. 8. præter quem & Antonius Demochares lib. de SS. Miſſæ ſacrificio in tabulis Epiſcoporum Raſeburgenſium verſus iſtos, vti nota dignos, literis mandauit.

Ruina turris D. Michaelis Antuerpia.

Anno 1241. medio ferè die corruit turris monaſterij S. Michaelis Antuerpiæ, ex quâ egregiè inſtaurata hodie Scaldim fluuium longè lateque proſpectare licet.

ANNO 1244.

Iacobus Vitriacus Cardinalis moritur.

Anno 1244. in priuilegio SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi Romæ ex vita migrauit Iacobus Vitriacus primum Acconẽſis in Syria poſt Tuſculanus Epiſcopus, & S. R. Cardinalis ſedisque Apoſtolicæ in Germania, Gallia, ac demum in Syria legatus: qui in hiſtoria ſua occidentali cap. 22. de Canonicis Prẹmonſtratenſibus multa habet prẹclara lectuque digniſſima. Quẹ quidem ad chronici noſtri illuſtrationem viſum hic fuit ſubiungere.

Eius de Pramonſtratanis teſtimoniũ.

Quidam (inquit) *vir iuſtus & timoratus, verus Dei cultor & permanens in innocentia ſua, dictus* Norbertus *cum prædicatione ſua, velut*

cœleſtis fiſtula & tuba argentea multos docuiſſet, & ad dominum conuertens ad frugem melioris vitæ diuinitus inſpiratos incitaſſet, tandem in loco qui Præmonſtratum dicitur ad opus ſui & diſcipulorum ſuorum pacificum conſtituit habitaculum. Sumpto autem regulari habitu, vt ſecundum Regulam Beati Auguſtini Domino militaret, conſuetum viuendi modum quem prædicti regulares Canonici vſq; ad tempora illa laxius obſeruauerant, in ſe & in diſcipulis ſuis coarctauit, quaſdam nouas inſtitutiones addendo, quaſdam etiam veteres immutando. Carnes ſiquidem Præmonſtratenſis ordinis Canonici & fratres laici nunquam niſi in infirmitate manducant. A feſto Sanctæ Crucis vſque ad Paſcha ieiunant, duobus pulmentis more Ciſtercienſium in refectorio veſcuntur. pellibus ouinis vtuntur. Camiſijs non induuntur. veſtiti tunicis albis & caligis, calciati dormiunt. Cappis laneis albis abſque tinctura aliqua veſtiuntur. Diebus feſtis more aliorum Canonicorum, nouem lectiones, alijs autem tres tantum in Matutinis legunt. Poſt officium nocturnum ad dormitorium reuertuntur vt dormiant & quieſcant. temporibus determinatis & horis certis ad labores manuum egrediuntur. Parochiales Eccleſias & animarum ſecularium curas in proprijs perſonis ſuſcipiunt: Omnia huius inſtitutionis & religionis

ANNO 1244.

Paracijs præerant Præmõſtratenſes, vti & hodie.

ANNO 1243.

monaſteria ſub vno capite Præmonſtratenſis Monaſterij continentur, ad quod annis ſingulis ad generale capitulum omnes huius ordinis Abbates congregantur. Habent autem curias & Prioratus non ſolum hominum, ſed & fœminarum, in quibus tam clerici quàm laici ſecundum quod eis à ſuperioribus ſuis iniungitur, cõmorantur. A principio autem ordinis & nouellæ plantationis, cùm adhuc pretioſo paupertatis theſauro abundarent, quaſi muſto nouæ religionis inebriati, & feruentes igne illo, quem miſit dominus in terra vt arderet, adeò ſuccẽſi ſunt, quod non ſolùm vicinas regiones ſed remotas per vniuerſum ferè mundum prouincias accendebant, illuminabant, & exemplo conuerſationis ſuæ prouocabant. Vnde paruo tempore multa vbiq; huius ordinis & profeßionis tam clericorum quàm ſanctimonialium conſtructa ſunt monaſteria, largitione Principum & eleemoſynis fidelium copioſis reditibus & latis poſſeßionibus in immenſum ampliata & ſufficienter ditata. Caſtis ſiquidèm matronis & viduis ſanctis & Deo deuotis virginibus velut lapidibus pretioſis adornatum, & pulchritudinem tam ſanctæ & honeſtæ religionis conuenientibus, quas ex duobus virorum & mulierum parietibus vno angulari lapide coniunctis iucundum Deo conſtructum eſt habitaculum, & quaſi alterius arcæ ædificium 9. & 6. conſummatum, in quo im-

mitia

mitia animalia & beſtiales ſenſualitatis motus ieiunijs vigilijs, orationibus, & alijs varijs ANNO 1244.
diſciplinis tanta diſtractione domabãtur, quod refrenato tumultu pacem habentes arcæ rectores non multum infeſtabant. Quod ſi aliquando contra ipſos indiſciplinatè inſurgerent, capitibus eorum illiſis ad petram in matutinis interficiebantur omnes peccatores terræ. Moniales ſiquidem adeò incluſæ infra ſepta monaſterij tenebantur, quod ad eas nullus hominum petebat ingreſſus. Et quoniam in Choro & Eccleſia non cantabant, ſed tantum in ſilentio orationi vacabant, pſalteria ſua legentes, & horas canonicas vel Beatæ Virginis Mariæ ſecretis cum omni humilitate & deuotione dicentes: commorabantur ſeorſum eiuſdem ordinis ſacerdotes & Clerici, viri probati & religioſi, qui eis in diuinis officijs ſeruientes confeßiones earum per feneſtras audiebant, & eas certis temporibus verbis diuinarum ſcripturarum inſtruere & informare ſtudebant. Poſtquam verò feneſtras in oſtia conuerterunt, & primo feruore tepeſcẽte, improuida ſecuritas torporẽ & negligentiam inducere cepit, dormiente oſtiaria in feruore diei, Isboſeth percuſſus eſt in inguine, & dum 2. Reg. 4.
arcæ ſentinam perforauit, inimicus aquis apertè in inferiore ſubintrantibus, multi vtriuſq; ſexus in limo ſubmerſi perierunt. Experimento tandem cognoſcentes illam Beati Hieronymi

in ſtatutis an. 1505. euulgatis habetur diſt. 4. cap. 15. his verbis. *Nulla mulier in ordine noſtro recipiatur in ſororem, niſi in illis locis, quæ ſunt ab antiquo recipiendis cantantibus ſororibus in perpetuum deputata.* Florent autem hodie ſacrarum huius inſtituti Virginum monaſteria per Hiſpaniam, Galliam, Germaniam ſuperiorem & inferiorem plurima, — ANNO 1244.

Innocentius IV. Pontifex Max. inter alia plurima ad reformationem Præmonſtratenſis ordinis pertinentia, ſanciuit, ne quis *conuerſus* (vt vocant) in poſterum admittatur, niſi viceſimum quintum ętatis annum attigerit. Simplo diplomate Lugduni. VII, Idus Martii. Anno 1244. dato hodie multis è locis conuerſi ſiue laici, vt vocant excluduntur, quod ferè ad liberiorem vitæ rationem dilabi ſoleant.

Vide quæ ſupra diximus anno 1130. & 1198.

Conuerſus ante 25. ætatis annũ non admittendus.

Idem *Innocentius* Pontifex quarto poſt anno in gratiam Præmonſtratenſium hoc diploma edidit. *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, & deuotionis veſtræ precibus inclinati vt poſſeßiones & alia mobilia bona & immobilia exceptis feudalibus, quæ perſonas liberas fratrũ ad monaſteria veſtra mundi relicta vanitate volantiũ & profeßionem faciẽtiũ in eodem ſi remãſiſſent ſeculo ratione ſucceßionis vel quocunq; alio iuſto titulo contigiſſent,* — ANNO 1248.

Præmõſtratenſes poſsũt adire hæreditates.

petere,

ANNO 1255. *petere, recipere, ac retinere liberè valeatis vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli igitur &c. Datum Lugduni 4. Non. Ian. Pontificatus noſtri an. 6.*

Coningfeldia Virginũ in Batauia cœnobium, propè Delphos.

Hoc anno *Coningfeldia*, quod latinè regiũ campum ſonat nobilium virginum in Batauia cœnobium à *Richarda* ſorore Guilhelmi ſecundi Hollandię Zelandięque comitis & Rom. Regis, exſtruitur ad muros Delfenſis in Hollandia oppidi, ad Sciæ fluuius ripam: locus eſt cognominis illi, vbi Melcheſedechus Solimorum Rex, Abrahamum excepit, quem Ioſephus teſtatur *Regium campum* quoque fuiſſe cognominatum. Sed vt alia ferè Batauiæ monaſteria, ſic & iſtud temporum iniquitate diruſum atque exciſum eſt. Chorum *campi Regÿ* nomen huic cœnobio inditum videtur, quod illud ipſum Richarda ſtruxerit in remedium animæ fratris ſui Guilhelmi Rom. Regis à Friſiis cęſi, vt alibi diſertè ſcriptum legi.

ANNO 1260. *Fridericus decimus Raſeburgẽſis Epiſcopus.*

Defuncto *B. Ludolpho*, in ſede Epiſcopali Raſeburgenſi præficitur *Fridericus*: de quo etſi annales ſobriè ſcribant, inſignem tamen fuiſſe, & loci celebris religio, & magni prædeceſſoris exemplum perſuadet. *Ita ferè Krantzius. Metrop. lib. 5. cap. 18.*

Raſeburgenſis Eccleſiæ per hoc tempus

præfuit

præfuit *Vlricus*, nobile Glucheriorum familia natus, pauperum conſolator inſignis, in eleemoſynis dandis largus, ceteriſque miſericordiæ operibus admodum deditus. Quo factum eſt, vt cùm frumentum omne pauperibus quodam tempore famis diſtribuendum curaſſet, Granazium immiſſo diuinitus frumento plenum ſit inuentum. (*Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 29.* ANNO 1267. *Vlricus XI. Raſeburgen. Epiſcopus.*

S. Ludouicus eius nominis Galliarum Rex nouus, ordinis Præmonſtratenſis, magnus fautor & promotor, in Domino obdormit. ANNO 1270.

Vlrico in ſede Raſeburgenſi à fratribus ſucceſſor datus eſt *Conradus*, vir ſenex & bonus. Quod quidem olim elogiũ S. Ambroſius Simpliciano rribuit. *Conradus* autem præfuit annis non paucis. *Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 44.* ANNO 1276. *Conradus XII. Raſeburgenſis Epiſcopus.*

Anno circiter 1279. *Guilhelmo VVercinienſi* apud Viconienſes Abbate iuuenis quidem ibidem fuit *Iacobus* nomine, nouitius, vt vocant, pijs operibus ac cantu in choro admodum ſe oblectans: qui ante votum profeſſionis ſolenniter emiſſum graui infirmitate correptus, paulò ante mortem raptus eſt in extaſim. At poſt ſibi redditus cùm maxima gaudij ſigna daret, à magiſtro nouitiorum alijſque aſtantibus ANNO 1279. *B. Iacobus Viconienſis nouitius ſanctiſſime emoritur.*

caufam

Anno eodem *Nicolaus IV.* Pont. Max Innocentij IV. prædeceſſoris, ſui ſtatutum, de abſtinentia ab eſu carnium mitigauit, earumque eſum diſpenſationi ac diſcretioni Abbatum eorumve gerentium vices reliquit. ANNO 1282.

Circa hoc tempus poſt *Conradum* ſubrogatur & ſufficitur ex fratribus inſtituti Præmonſtratenſis *Hermannus*, frater Germanus Vlrici Epiſcopi ante eum ſecundi; ferunt cum Vlrico extremum ægrotanti fratres magno eius deſiderio fortè aſtarēt, rogaſſe quendam familiarius, ſi ipſum ex hac vita euocari contingeret, quid de *Hermanno* Germano ſuo fratre ſentiret, eſſetne Eccleſiæ præficiendus? Ille, ne ſanctuarium Domini hæreditario quaſi iure traderetur, fratribus prorſus ſuaſit, vt Germano neglecto, alium eligerent. Vlrici itaque conſilium ſecuti, prima vice fratrē eius præterierūt, ſed poſt voto ſuo iā pridē concepto ſatisfacientes, eundemq; ſecundum ab Vlrico Epiſcopum deſignarunt. *Krantzius Metrop. lib. 5. cap. 54.*

ANNO 1290. *Hermannus 13 Epiſcopus Raſeburgenſis.*

Laudabile, atq; imitatione dignū penitus exemplum.

Balduinus, Canonicus Niniuenſis in Flādria, officio Diaconus, ſcripſit Chronicō à Chriſto nato ad annū vſq; 1294. Extat matat manuſcriptū in Niniuēſi Abbatia noſq; illo non mediocriter adiuti ſumus

ANNO 1294. *Balduinus Niniuenſis chronographus.*

Hoc

ANNO 1298. *S. Saluatoris Monaſterium in Bauaria.*

Hoc ferè tempore monaſterium *Sancti Saluatoris* in Bauaria à *Bernardo* & *Friderico* cognomento *Beringarijs* conditur, canonicis inſtituti Præmonſtratenſis ex *Oſterhouio* euocatis, quod *Bernardus Branpachius* Epiſcopus Patauienſis dicauit conſecrauitque: ſubijt autem hoc monaſterium varias mutationes, donec tandem cum Oſterhouenſi in perpetuum eſt coniunctum. *Hundius in Metrop. Salisburg. & Auentinus in Annal. Boiorum.*

ANNO 1306. *Ioannes Tũgrius Abbas Viconiẽſis ſcribit varia.*

Anno 1306. claruit *Ioannes Tungrius*, Abbas Viconienſis XVI. Doctor Theologus, qui ſacras literas Pariſijs magna cum laude profeſſus eſt. Scripſitque in tres priores libros Petri Lombardi & Magiſtri ſententiarum lib. 6. 3. Quæſtionum quodlibeticarum, quæſtionum ordinariarum lib. 1. Fuit gratiſſimus *Guilhelmo*, eius nominis primo Hannoniæ Comiti, eiuſque Coniugi *Ioannæ Valeſiæ*, cui & opera varia Gallico idiomate inſcripſit. Fuit autem hæc Ioanna Philippi Galliȩ Regis ſoror, & duarum Reginarum Mater: quæ marito defuncto, totam ſe Deo dicans, *Fontauellenſe* monaſterium prouentibus à ſe auctum multos annos religiosè admodum rexit: plurimũque adlaborauit, vt diſſidentes inter ſe Galliæ & Angliæ Reges componeret.

Erat

Erat mulier admodum munifica erga pauperes ac religioſos, cuius & liberalitatem Viconienſes experti ſunt. ANNO 1307.

Claruit hoc tempore *Haitonus* ſiue Ailonus Aitoni Arminiæ Regis nepos: qui relicta patria & conſanguineis, in Cyprũ ſe contulit ad *Epiſcopiam*. Ord. Præmonſtratenſis monaſterium, ibidemq́ue habitum regularem ſuſcepit. Scripſit hiſtoriã Tartarorum, quę alias inſcribitur *itinerarium & flos hiſtoriarum terræ orientalis*. Hiſtoriam hanc ex Gallico latinam reddidit anno 1307. in vrbe Pictauenſi. *Nicolaus Salcanus*, iuſſu Clementis V. Pont. Max. extatq́ue typis excuſa Haganoæ. an. 1529. in 4. & Baſilicæ inter orbis noui ſcriptores, anno 1532. & 1555. ſcripſit idem commentarium in Apocalypſin B. Ioannis. Quia verò nonnulli eum ordinis Prædicatorum fuiſſe exiſtimant, libet ipſiuſmet verba ex Tartarorum hiſtoria cap. 46. hic adſcribere. *Haitonus Arminiæ Regis nepos.*

Ego (inquit) *frater Haitonus interſui omnibus prælibatis, qui dudum propoſueram habitum ſumere regularem, ſed propter inconuenientia & ardua negotia regni Armeniæ, cum honore meo non poteram in tantis neceßitatibus derelinquere conſanguineos & amicos. vnde poſtquam Deus ſua pietate mihi conceßit*

 gratiam,

ANNO 1307. *gratiam dimittendi regnum Armeniæ, & populum Christianum poſt multos labores meos in ſtatu pacifico & quieto. confeſtim votum quod diu voueram, volui adimplere. Accepta itaq; licentia à Domino meo Rege & ab alijs conſanguineis & amicis, in campo illo vbi Deus de inimicis triumphum conceſſerat Chriſtianis arripui iter meum, & perueniens in Cyprum, in Monaſterio Epiſcopiæ, Præmonſtratenſis ordinis ſuſcepi habitum regularem, vt qui in iuuentute mea militaueram mundo, in ſeruitijs Dei, reliquum vitæ meæ, pompis huius ſeculi relictis, conſumerem. Anno Domini 1305.* Hactenus Haitonus.

ANNO 1308. Anno circiter 1308. Viconienſe apud Belgas in Hannonia monaſterium, plurimis eruditione ac pietate illuſtribus viris floruit. Fuit inter hos *Nicolaus à Montignij*, qui poſt ex Canonico Viconienſi creatus eſt Abbas *Caſtellæ* S. Martini ad Scarpú fl. apud *Montigneam*. Scripſit is annales monaſterij Viconienſis. Item hiſtoriam martyrij & tranſlationis SS. vndecim millium virginum. lib. 1. de miraculis S. Blaſij lib. 1. Item memoriale reliquiarum Eccleſiæ Viconienſis, & alia quæ Viconiæ manuſcripta adſeruantur. Laudat eum eximiè Scriptor anonymus, qui annales Viconiēſes. doctiſſimè ſuppleuit.

Nicolaus à Montignij Abbas caſtelli S. Martini.

His

His temporibus floruit *Ioannes Prichesius*, Viconiēſis Abbas 18. Doctor Theologus & Profeſſor olim Pariſienſis. De multis quæ ſcripſit extat Alphabetū vitæ religioſę lib. 6. Floruere in eodem Viconienſi monaſterio pij iuxta ac docti viri *Petrus Viconienſis*, qui ſcripſit introductionem in Theologiam, extatq́ue manuſcripta in Niniuenſi, apud Flandros, monaſterio & alibi. Item *Thomas Viconienſis*, qui commẽtarios in cantica canticorum li. 1. & in Iob lib vnum conſcripſit.

ANNO 1320. *Ioannes Prichesius Abbas Viconienſis. Petrus & Thomas Viconienſes.*

Petrus à Lutra, Canonicus Cęnobii Lutrenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditus & ſecularis literaturæ non ignarus, Philoſophus & iureconſultus clariſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio ſcholaſticus Scripſit in 4. libros ſententiarum Petri Lombardi in Euangelium Ioannis libr. 1. de prærogatiuis Eccleſiæ Treuirenſis lib. 1. ad Balduinum Archiepiſcopum Treuirenſem ſeptenarium candelabrorum, de ſummi Pontificis eminentia lib. 4. aduerſus Michaelem quendam eiuſq́ue aſſeclas S. Pontificem impugnantes libr. 1. ad Cardinalem Columnam, de Columnis myſticis, lib. 1 de Sacramentis Altaris lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos li. 1. Sermones varios de tempore & de ſanctis per anni circulū l. 2.

ANNO 1330. *Petrus à Lutra.*

ANNO 1330. Reliquit & alia præclara ingenij ſui monimenta, Floruitque anno 1330. Ita ferè *Trithemius in Catalogo illuſtrium virorum Germaniæ.* Dolendum ſanè ex tot præclaris lucubrationibus, nihil quod ſciam, typis euulgatum exſtare. Obſeruo autem à *Caniſio, Genebrardo* & alijs citari quendam *Petrum Præmonſtratenſem,* quem alium ab iſto eſſe exiſtimo: citatur, & quoddam eius chronicon nondum à me viſum *Ioannes Paleonydorus* ait hoc chronicon vocari *Biblia pauperum.*

ANNO 1332. *Guilhelmus Brenenſis*

Guilhelmus Brenenſis monaſterij in Gallia Canonicus, Theologus Pariſienſis, poſteris reliquit Homeliarum libr. 1. floruit circa annum 1332. Nicolao Lirano coætaneus.

ANNO 1338. *Eduardus Rex Angliæ Antuerpiã venit.*

Anno 1338. ipſo feſto B. Mariæ Magdalenæ *Eduardus* Angliæ Rex, cum coniuge ſua, trecentiſque ac quinquaginta Antuerpiam venit, *Philippo* Valeſiæ Regi Galliæ bellum moturus. Sunt autem menſe vno hoſpitati in caſtro veteri Antuerpienſi, apud ædem S. VValburgæ ſacram ad Scaldim fluuium ſiti. Inde ad monaſterium S. Michaelis ſe tranſtulerũt ibidemque ei Regina filium peperit *Leonellum* nomine, qui poſtea Dux Clarenſis fuit Baptizauit verò infantẽ *Guilihelmus Cabilliauu*

Abbas

Abbas S. Michaelis : patrini autem & ſuſceptores eiuſdem fuêre, *Ioannes tertius* Brabantiæ Dux, & Comes Suffo... natione Anglus : ſuſceptrices autem Comitiſſæ Hannoniæ & Geldriæ. Cæterùm *Eduardus* in dicto S. Michaelis monaſterio fundauit altare S. *Georgij*, cum dote & onere Miſſæ quotidianæ : deceſſit autem demum Antuerpia, in Angliam rediens 22. Ianuarij, 1339. ANNO 1338.

Libet ad ſeriem Epiſcoporum Raſeburgenſium poſtliminio redire *Hermanno* de quo ſupra diximus an. 1290. ſuffectus eſt vir nobilis *Marquardus*, cognomento *Ieſevvenus Marquardo VVolradus*, nobili genere Dornenſium apud Holſatos natus. *VVolrado* vir inſignis. *Otto* ex illuſtri familia à *Gronauuen* : *Ottoni* autem ſucceſſor datus eſt *VVipertus Blucherius*, itidem vir nobilis. Hunc nec dum profeſſum, vt vocant ſeu votis monaſticis nondum ſolenniter adſtrictum, ob egregiam indolem, Fratres Epiſcopum, anno circiter 1354. deſignarunt. Quare Romam profectus, vt ſuper ætatem diſpenſationem à Romano Pontifice impetraret, & primum quidem ab eodem ob ætatis defectũ eſt reiectus. At nocte inſequenti diuinitus adeò canus eſt factus, poſtero vt die iterum Pontifici ANNO 1354. *Epiſcopi Raſeburgenſes. 14.15.16.17.*

ANNO 1354. oblatus, non agnoſceretur: certò tamen edoctus Pontificem ipſum eſſe, quem antea repuliſſet, mox iuſſit Epiſcopum conſecrari: quem tam euidenti ſigno Deus à ſe comprobaſſet electum. Domum itaque reuerſus *VVipertus*, laudatiſſimè ſuam rexit Diœceſim: vtque erat animo excelſo atque imperterrito, pro tuendis Eccleſiæ ſuæ bonis ac iuribus *Alberto* Duci Magnopolienſi: vulgò *Meckelburgenſi*, acriter ſe oppoſuit; quem & vehementi ſua oratione tandem vicit, atque emollijt. *Krantzius Metropol. lib. 9. cap. 8. 25. 34. & 47.*

Wiperti Epiſcopi electio diuinitus comprobatur.

ANNO 1384. *Rogerius Dechtus*, monaſterii Viconiẽſis Canonicus, vir longè doctiſſimus, ſcripſit ſermones plurimos in ſynodis & capitulis à ſe habitos. Item commentarios quoſdam in ius Canonicum. Floruit circa annum. 1384.

Rogerius Dechtus.

Petrus Herentalius, Brabantus, Monaſterii Floreffienſis in comitatu Namurcenſi Prior, concinnauit commentarios ſiue cathenam ex SS. Patribus in pſalmos vniuerſos petente *Ioanne ab Ackels*, Epiſcopo Leodienſi, quæ typis exſtant edita Coloniæ. An 1453. & 1487. in folio Rutlingæ 1488. Rothomagi 1504. in4. meminit eius Sixtus Senenſis Bibliothecæ l. 4 Scripſit item in

Petrus Herentalius Prior Floreffienſis

VII. pſal.

VII. pſalm, Pœnitent. lib. I. in 15. cant. graduum li. I. Item *collectaneum* vt vocatur in quatuor Euangeliorum Tomis duobus. Item chronicorum volumẽ ingens ab orbe condito ad ſua vſque tempora: deniq; cathalogum ac res geſtas Abbatũ Floreffiẽſiũ. Ex quibus elucubrationibus paucę typis ſunt editæ. Floruit an. 1384. ANNO 1384.

Ioannes à Grauia, Tungerloenſis Abbas 23. obiit an. 1399. Decemb. 19. Is Romam profectus, mitræ ius ibidem à ſummo Põtifice impetrauit. ANNO 1399.

Redeo ad epiſcopos Raſeburgenſes. *VViperto* ſufficitur *Henricus VVittorpius*, qui à Carolo 4. Imperatore multa priuilegia Eccleſiæ ſuæ impetrauit, Henrico *Gerhardus*, qui vt bonus Oeconomus, rem Eccleſiæ egregiè auxit. Gerhardo *Detleuus* cognomento *Barkentyn*, vir nobilis & pius. Detleuo *Ioannes*, humili quidem familia natus, ſed virtute atque induſtria ſingulari præditus. Ioanni *Dardamus* ex familia nobili *Kneſebecana* ditionis Luneburgenſis: præfuit autem *Dardamus* circa annum 1410. Quo quidem tempore cũ prouentus Eccleſiæ ſeu temporum incuria ſeu quorundã incuria diminuti, fratribus alẽdis non ſufficerent, pius Pontifex Dei eiuſque genitricis MARIAE certis preca- ANNO 1410. *Epiſcopi Raburgenſes 18 19. 20. 21. 22.*

ANNO 1411. tionum formulis ad id inſtitutis, auxilio implorato, ſolatium obtinuit atque augmentum *Krantzius Metrop. lib. 10. & 4. l. 11. cap. 2. & 15.*

Herentalię ſe virginum monaſterium in Brabantia.

Herentaliæ, quod eſt Brabãtiæ opidum, virginum Ord. Præmonſtratenſis monaſterium fundatum eſt abs nobili viro *Arnoldo Craÿenhemio*, Domino ſeu toparcha in *Grobbendonck, Ouvven, Bauvvel* &c. eiuſque coniuge *Elizabetha Steinuortia*. Inditumque huic monaſterio nomen *Horti cõcluſi B. Mariæ*. Cuius loci prima præfecta ſeu Prioriſſa, vt vocant, *Anna Bouchoutia* extitit, cum aliis tribus ſodalibus, ex *Valle liliorum*, Mechlinienſis agri monaſterio, eodem anno Chriſti 1411. die 11. Maij, aduentantibus.

Fuere in hoc monaſterio virgines plurimæ virtutibus varijs, atq; in primis humilitate illuſtres. Quas inter potiſſimum emicuit *Elizabetha Areniſtia*, ſexta huius loci præfecta.

B. Eliſabeth Herentalię ſis.

ANNO 1417. *Gerardus ab Eych*, Abbas Floreffienſis *Thoma Hubuleto* Presbytero adiutante, inſigne Frãciſcanis monaſterium ad *Sabim*, vulgò *Seambram* fluuium, in agro Namurcenſi, hoc anno exſtruxit: idque in honorem SS. *Franciſci*, & *Ludouici*, Epiſcopi Toloſani, Sixto quarto Pontifice Ma-

ximo

ximo approbante. Quod quidem mona ſteriũ hodieq; floret. *Vide Franciſcum Gõzagam libro de origine Seraphicæ religionis.* ANNO 1428.

Ioannes à *Sichenis*, Tongerloenſis Abbas XXIV. obijt anno 1488. die 22. Iulij. Fuit is fundator Collegij Canonicorum in Dieſtenſi, apud Brabantinos opido. *Dieſtenſis Collegij Canonicorum origo.*

Pardamo in Raſcburgenſi Epiſcopatu ſucceſſit Ioannes, plebeio quidem genere natus, ex fratribus tamen Præmonſtratenſibus ad eam dignitatem adſumptus. Cui alter *Ioannes*, nobili familia oriundus ſuffectus eſt, homo rigidus, & iuſtitiæ zelator: quiq; ſuis canonicis ad ſacrarum ſtudia literarum ſeſe comparantibus, opulẽtos omninò cenſus reliquit.

Ioanni ſucceſſor datus eſt *Ludolphus*, eius nominis ſecundus, vir admodum pius ac iuſtus, quique carnem ſuam cilico domare frequenter erat ſolitus. Ante Epiſcopatum annos plurimos eiuſdem Eccleſiæ Præpoſitus extiterat. Idem prædeceſſoris ſui exemplo (vti erat in Oeconomia diligens atque induſtrius) Eccleſiæ ſuæ Canonicis in Academijs alendis itidem benefecit. *Krantzius Metrop. libr. 11. cap. 23. 34. & 50.* ANNO 1447.

Hoc anno *Lucas ab Eyck* 35. Abbas Floreffienſis nobili genere in Campania Bra- ANNO 1453.

ANNO 1453. bantiæ natus, ius mitræ geſtandæ ſibi ſuiſque ſucceſſoribus à *Nicolao 5. Papa* impetrauit. Obiit Prǫſul optimus anno Chriſti 1465. præfecturæ circiter 22. Abbas etiam *Oſterhouienſis* in Bauaria, hoc anno à ſummo Pontifice infulam impetrauit.

ANNO 1460. Abbas S. Michaelis Antuerpiæ cæpit ſimiliter hoc anno mitra vti.

ANNO 1465. Anno 1465. obiit Antuerpiæ *Iſabella*, Caroli Audacis, Belgarum Principis coniux, eſtque in odeio D. Michaelis tumulata, ſummam ante aram crucis ſepulchrum ibidem etiamnum viſitur.

ANNO 1472. *Guilhelmus Trunciniēſis Abbas & poeta.* *Guilhelmus* monaſterii *Truncinienſis* apud Gandauum in Flandria Abbas, vir eruditus, ſoluta vinctaque oratione promptus, ſcripſit Poemata plurima, in his & epigrammatum librum vnum, qui hodieq; adſeruatur: cetera eius opera anno 1566. Iconoclaſtarum furore perierunt. vixit circa annum 1472.

Ioannes Fierkens Abbas amplificat monaſterium S. Michaelis Antuerpiæ. Meritò nobis hîc commemorandus eſt *Ioannes* cognomento *Fierkens* ad D. Michaelis Antuerpiæ in patria ſua Abbas 25. vir multis laudibus inſignis: qui vti erat admodum induſtrius, monaſterium ſuum tot tamque amplis auxit ædificiis, vt ea hodieque Belgarum Principibus, quotieſcunque Antuerpiam diuertunt, hoſpitiū

præbeant. Sunt enim ea amœniſſimo loco ſita ad Scaldim fluuium, vt in vrbe Antuerpiana haud facilè iucundiorem aut ſalubriorem commorationem inuenias. Obiit autem dictus Abbas 19. Ianuarij Anno 1476. cum annis 23. laudabiliter præfuiſſet. Legi olim ſolent hi verſus, monumento eius inſcripti

ANNO 1472.

Hic iacet in tumulo Fierkens virtute Ioannes
Inſignis præſul hoc proba vita docet.
Abbas huius erat templi venerandus, & vrbe
Hac genitus, prudens, optimus atq; pius.
Moribus emeruit nullo reprobante regendi
Officium, Præſul contulit alter ei.
O bene conſultum; turbæ ſecretus egenti
Dona dabat dextrâ, neſcia læua tamen.
Profuerit quantum Paſtor vigilando benignus,
In grege dilecto plurima ſigna manent.
Namq; locum ſtruxit pulchrū ad communia fratrum,
Deſuper & fulta eſt Bibliotheca libris.
Præſulis atq; domos aula exornauit, vbiq;
Perdita reſtituens, adijciensq; noua,
Atq; crucē meam, templi partēq;, chorūq;
Perfecit, Berſchos, *egregiamq; domum,*
Auctaq; iura ſuis mitras habitusq; reliquit
Annis bis denis præfuit atq; tribus
Nunc iacet exemplum reliquis paſtoribus altū
Mens petijt cælum perfruiturq; Deo.

Ludol-

ANNO 1480.

Ioannes Stalcoperus XXVI. Raſeburgenſis Antiſtes.

Ludolphi II. morte viduatam Raſeburgenſem Eccleſiam, excepit *Ioannes Stalcoperus*, eiuſdem Eccleſiæ frater conuentualis, atque vt illa ferebant tempora, medicę artis profeſſor egregius: cui ſucceſſit anno circiter 1480 *Ioannes* cognomento *Backētinus*, vir nobilis, qui cum Duce Magnopolenſi Magno Romam ſe contulit.

Huius Epiſcopi temporibus, Romano Pontifice diſpenſante, Canonici qui hactenus inſtituti fuerant Præmonſtratenſis, facti ſunt ſeculares, ipſo Priore Decani nomine ac dignitate donato. *Krantzius li. 12. Metrop. cap. 10. & 18.*

Hactenus de Raſeburgenſium Epiſcopis: quorum plerique inſtituti Præmonſtratenſis fuêre, diximus. Fuerunt autem Præter Raſeburgenſem, & aliæ plures huius inſtituti cathedrales apud Germanos Eccleſiæ, vt *Magdeburgenſis* in Saxonia Archiepiſcopalis. *Brandeburgenſis* in veteri Marchia, & *Hauelburgenſis* in Saxonia Epiſcopales, ac poſteriores quidem duas multo tempore Præmonſtratenſe inſtitutum obſeruaſſe, teſtis eſt *Krantzius Metrop. l. 7. cap. 50.*

Ex quibus patet, nonnullis olim monaſterijs, vti Raſeburgenſi, ſic dignitatem Epiſcopalem fuiſſe annexam, vt ad eā

fere

ferè non niſi Præmonſtratenſis ordinis Religioſi adſumerentur, quædam verò Monaſteria Eccleſias quidem ſimul fuiſſe Cathedrales, ſeu Epiſcopales: ſic tamen vt & cuiuſuis ordinis homines ad Epiſcopatum admitterentur. Quæ quidem omnia commonſtrant, quanta olim fuerit dignitas, quantaque maieſtas huius ordinis Præmonſtratenſis. Vide & ſupra ad annũ 1126 quæ de *Olomucenſi* in Morauia Epiſcopatu diximus. Fuit & apud Anglos in Britãnia monaſterium *Candidæ caſæ*, Epiſcopali ſede illuſtre. ANNO 1480.

Item in Sclauonia monaſterium *Belburchenſe*, cathedrali item ſede decoratum.

Innocentius VIII. Pontifex Max. ampliſſimo diplomate anno 1484 ſeptimo Idus Februarij dato, vtriuſque ſexus Monaſteria ordinis Præmonſtratenſis à gabellis atque illicitis exactionibus exemit. Abbate S. Geneueſæ Pariſienſis, & Sancti Georgij Colonienſis, ac S. Petri Louanienſis Eccleſiarum Decanis, eorundem defenſoribus ac tutoribus conſtitutis, Quod quidem Fridericus tertius Imperator paulò poſt ſua auctoritate roborauit & publicauit. ANNO 1484. *Innocentius VIII. & Fridericus tertius Imp. eximunt Præmõſtratenſes ab exactionibus.*

Anno 1503. Iulius II. Pontifex diploma

ANNO 1503. amplissimum de legibus ſeu ſtatutis ordinis Pręmonſtratenſis interpretandis ſeu limitandis edidit: quod diploma quia multas ſummorum Pontificum. vt Pij II. Sixti IV. Alexandri VI Iulii II. ordinationes breuiter perſtringit, ſubijcere hoc loco oportunum iudicaui.

IVLIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Abbati monaſterij Præmonſtratē ſis Laudunenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Iulij II. Pōtificis maximi diploma.

Rationi congruit & conuenit honeſtati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt licet eius ſuperueniente obitu, literæ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerunt, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem poſtquā felicis recordationis Pio Papæ II. prædeceſſori noſtro pro parte tunc Abbatis Præmonſtratenſis Laudunenſis diœceſis & aliorum Coabbatum monaſteriorum Præmonſtratenſis ordinis, vbilibet cōſtitutorum, expoſito, quod cùm quædam continerentur in ſtatutis & priuilegijs dicti ordinis, quæ à nonnullis annis citra non fuerant obſeruata, & ad quæ ſeruanda propter eorum rigorem, illorum temporum conditionibus penſatis, non facilè credebatur tātam multitudinem induci poſſe, & quædam ſeruata quæ nullum aut modicum fructum afferebāt, quodq;

Patres eiuſdem ordinis id conſiderantes, aliaq́ alia ſtatuta, aliquorum priorum derogatoria edidiſſent: quorū vſus in ipſo ordine tum à pluribus annis inoleuerat, ita quod de contrario apud tunc exiſtentes, aut nulla aut parua erat memoria, nonnulla verò tranſiſſent in non vſum deſuper contrarijs ſtatutis minimè editis, ferebaturq́ præterea ab aliquibus, eos non viuere in ſtatu ſecuro, eò quod ſtatuta quæ ipſi ordinauerant, & in communem vſum tranſierant, priuilegijs & ſtatutis ſeu ordinationibus Apoſtolicis contraria videbantur: quodq́ etiam non omnia ſeruarentur ab Abbatibus prædictis, vt congruebat. Idemq́ Pius prædeceſſor Pariſienſis & Cameracenſis, S. Quintini in Viromādia, Nouiomenſis diœceſis Eccleſiarum Decanis, eorumq́ proprijs nominibus non expreſsis ſuis dederat literis in mandatis, vt ipſi vel duo vel vnus eorum accerſitis cum eis aliquibus perſonis Eccleſiaſticis, regularibus vel ſecularibus diuini & humani iuris peritiam habentibus, vitæ ac morum honeſtate præclaris ac Religionis zelo flagrantibus, priuilegia, ſtatuta, inſtituta & conſuetudines huiuſmodi auctoritate Apoſtolica diligerent, viderent, recenſerent & examinarent, ac illis viſis recenſitis & examinatis vt præfertur. Si quæ ex eis pro tunc Abbatis & Coabbatum prædictorum ſtatu & indemnitatibus, & animarum ſalute huiuſmodi

ANNO 1503.

ANNO 1503.

modi reformandæ fore conſpicarent, eundem Pium per eorum patentes literas, eorum ſigillis munitas, curarent quantotius deſuper efficere certiorem. Ac quondam Thomas de Courcellis, tunc Decanus dictæ Eccleſiæ Parienſis, ad executionem ipſarum literarum procedens, earumq́; forma ſeruata, præfato prædeceſſori, vna cum AEgidio Carlerio, Cameracenſi, & Ioanne Melet S. Quintini Eccleſiarum prædictarum Decanis ſuis in ea parte collegijs per patẽtes literas ſigillo Decani Pariſienſis & collegiarum huiuſmodi ſubſcriptione munitas, quid in præmiſsis agendum foret, ad plenum reſcripſiſſent. Dictusq́; prædeceſſor conſiderans, quod Abbates dicti ordinis, more & conſuetudinum in ſua religione vigentium lucidiorem quam cæteri homines haberent notitiam & quid ſingulis expediret, nec non ad quæ inſtituta obſeruãda veriſimiliter induci valerent plenius indicare poſſent, tunc Abbati eiuſdem monaſterij Præmonſtratenſis, per ſuas literas commiſerat & mandauerat, vt conuocatis dictis Coabbatibus qui nonnullos canonicos eiuſdem ordinis obſeruantiæ ac ſtatutorum, ordinationum & conſuetudinum eiuſdem Ordinis præ alijs notitiam habentes ſecum ducerent, capitulum generale congregaret: in quo ipſius ordinis profeſſores ad meliorem obſeruantiam regulæ, & Statutorum dicti ordinis, ad quẽ veriſimiliter

indu-

induci poſsint, inducere procuraret, cæteris ſtatutis attentis circumſtantijs, ac temporum ac perſonarum qualitatibus penſatis, donec profeſſores huiuſmodi ad illa obſeruanda inclinati & diſpoſiti inuenirētur, interim in ſuſpenſo remanentibus. Ita tamen, quod Abbates & alij prædicti religioſi capitula quæ ſequuntur inuiolabiliter obſeruare tenerētur: videlicet quod tria vota, obedientiæ, caſtitatis, & Paupertatis non remitterent, & ea, quæ ſubſtantialia regulæ S. Auguſt. quam profitebantur, forent, nullatenus infringerent, aut diminuerent, ac pro abſtinentia ab eſu carnium, quæ illis tam ex ſtatutis piæ memoriæ Innocentij Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri, quàm alijs in eorum capitulis generalibus editis iniuncta erat, donec ad maiorem præmiſſorum obſeruantiam induci poſſent, ſingula Quartis Ferijs, & cuiuſlibet Sabbathi diebus, nec nō à prima Dominica aduentus vſq; ad Natalem Domini: & à Dominica Septuageſimæ vſq; ad Paſcha reſurrectionis, in quolibet loco abſtinerent, ac omnibus ſextis ferijs ieiunarent. Qui verò in prædictis diebus carnes comediſſe conuictus vel confeſſus foret, pro vice qualibet tribus ſextis ferijs in pane & aqua ieiunet, debilibus & infirmis, potionatis & minutis, qui nō in refectorio ſed infirmitorio, vel alio loco per Abbatē vel eius Vicarium deputando, reficerentur, exceptis. Qui cùm neceſsitas ingrue-

ANNO 1503.

Circa abſtinentiam à carnibus.

ANNO 1503. ret, ſextis ferijs plus quã ſemel comedere, & in alijs ſupranotatis diebus carnibus refici poſſent. Quanquam oẽs & ſinguli religioſi & profeßores cuiuſlibet conuentus inibi quotidie refici, & in Dormitorio eiuſdẽ de nocte quieſcere deberent. Officialibus qui circa adminiſtrationẽ rerũ tẽporaliũ occuparentur, ac debilib, & infirmis, ac alijs cum quibus Abbates ſeu eorum loca tenentes, ex aliqua rationabili cauſa ſuper hoc diſpẽſarent, duntaxat, & exceptis. Praterea omnes religioſi p̃dicti in choro, clauſtro, Dormitorio & Refectorio ſilentium obſeruarẽt, & ſi loqui neceſſe foret, breuia tantummodo verba, & ſubmiſſa voce proferrent. Nec loca prædicta mulieres, ingredi permitterent, niſi monaſteriorum fundatrices forent, vel de licentia Abbatum ſeu loca tenentium eorũdem aliquæ honeſtæ matronæ, ex rationabili tamen cauſa clauſtrũ duntaxat ingredi permitterentur. Nec non ꝙ domus ſororum dicti ordinis, nullus ſecularis vel cuiuſuis ordinis regularis, niſi ſecundum formam in ſtatutis dicti Innocentij & aliorum ſummorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum ſuper hoc editis, intraret. Et quod nullus Abbas aliquem, niſi decimumoctauum annum egiſſet, in canonicum reciperet; & nulli conſanguineorum ſuorum vel alteri non egeno vel pauperi, bona mobilia vel immobilia Monaſteriorum, quibus praeſſent, in eorum grauamen

Vti ſilentiũ ſeruandum.

Quoto ætatis anno nouitij admittem i.

men concederent, nec non hoſpitalitatem per ſingula monaſteria, ſecundum locorum poßibilitatem ſeruare, & eleemoſynas erogare, quodq; ſtatum domus, quãtitatem expenſarum, & receptorum ſummam, debitorum & creditorũ nomina, & cauſas propter quas eſſent cõtracta, debita, & in quas vtilitates conuerſa, illi qui his ſe intromiſiſſẽt, corã officialibus domus, ad hoc pro tempore deputatis, ad minus ſingulis annis ſemel reddere tenentur. Nec non ſtatutorum dictorũ tranſgreſſores, ſi religioſi per Abbates, ſi verò Abbates forent, per ſuperiores ſuos, ſecundum ꝙ grauitas culpæ exigeret, debitè punirẽtur. Alijs aũt ordinatioinibus & ſtatutis eiuſdẽ ordinis, circa Diuini officij celebrationem, Abbatum electiones, officiorum & beneficiorũ distributiones Eccleſiarum Parochialium regimen, penſionum aßignationes, victum & veſtitum religioſorũ, equitaturas, Capitulorum congregationes. criminum & delictorum punitiones, & alia quæcumq; tam auctoritate Apoſtolica quam alijs editis, quæ tunc Abbati & Abbatibus Prædictis in dicto Capitulo generali, vt præmiſſum eſt congregandis, commodè obſeruari poſſe viderentur in ſuo robore duraturis. Nec etiam apud eos qui ſtatuta præfata hucuſque obſeruare ſoliti eſſent, illa per huiuſmodi ordinationem intelligerentur relaxata, ſed potius ad perſeuerandum in ſua deuota

ANNO 1503.

ANNO 1503.

conuerſatione & ſolita obſeruantia, ac fructus vberiores virtutis & ſanctimoniæ, iugiter perferendum, pijs exhortationibus & ſalutaribus admonitionibus inducerētur. Dictusq́ Pius prædeceſſor, quicquid per tunc Abbatem cum præfatis Coabbatibus, & religioſis & de eorū conſilio, maturaq́ deliberatione præhabita, in dicto Capitulo generali, quæ ad religionis augmentū & eorum animarum ſalutem tendere dignoſcerentur, circa præmiſſa fieri contingeret, ex tunc Apoſtolica auctoritate approbauerat & confirmauerat, ſuppleueratq́ omnes & ſingulos defectus, ſi qui fortè interueniſſent in eiſdem. Et deinde pro parte tunc Abbatis Præmonſtratenſis & Coabbatum prædictorum ac Priorum Præpoſitorum, Prioriſſarum, ſingularumq́ perſonarū eiuſdē ordinis bonæ memoriæ Sixto Papæ IV. etiā prædeceſſori noſtro, expoſito, quod per Abbatē & Coabbates ac religioſos prædictos, ad literarum Pij huiuſmodi executionem eius ſuperueniente obitu, per omnia proceſſum nō fuerat, ac graue admodum non videbatur pleriſq́ dicti ordinis profeſſoribus toto tempore continuo, à Dominica ſeptuageſima vſq́ ad Paſchæ reſurrectionis à carnibus abſtinere. Idemq́ Sixtus eorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus, & literas prædictas eâdem auctoritate approbans, ac in ſtatum & vigorem in quo erant, antequā dictus Pius prædeceſſor decederet, reponens.

Sixti IV. ordinationes.

Illaſq; & inde ſecuta quæcunq; in robore firmitatis ſubſiſtere debere decernens, eidem Abbati ad totalem executionem literarum vim formã & tenorem procedendi, & dies abſtinentiæ carnium inter ſeptuageſimã & quinquageſimã, in totidem dies, feſtum omnium Sanctorum immediatè præcedentes, commutandi, ac omnes & ſingulas ordinationes & ſtatuta, regulâ, ac tribus ſubſtantialibus votis profeſſione & toto tenore literarum Pij prædeceſſoris huiuſmodi, ad inſtar capituli generalis in VVindeſſem dicti ordinis S. Auguſt. Traiectenſis Diœceſis, qui ſub regulari obſeruantia viuebant, cum Abbatibus ac religioſis prædictis moderandi, interpretandi ac illis addẽdi vel minuendi, ac etiam illa in totum annullandi, & noua toties quoties opus eſſet, prout pro temporum, locorũ & occurrentium caſuum varietate, & exigentia viderent expedire, condendi, ordinandi, & promulgandi perpetuis futuris temporibus, dummodo ordinationes & ſtatuta huiuſmodi ſacris canonibus nõ obuiarent, authoritate Catholica prædicta facultate cõceſſerat, prout in ſingulis Pij & Sixti Prædeceſſorum prædictorum literis inde confectis plenius continetur, recolendæ memoriæ Alexandro Papæ VI. & prædeceſſori noſtro pro parte tua expoſito, quod à nonnullis timoratæ conſcientiæ, dicti ordinis religioſis, hæſitabatur, tunc Abbatem Præmonſtratenſem vl-

ANNO 1503.

ANNO 1503.

tra ſe præter formam dictarum literarũ nonnulla ſtatuta eiuſdem ordinis, diuerſimodè obſeruabatur, cùm aliqui iuxta Pij à Dominica Septuageſima vſque ad Paſcha reſurrectionis, alij verò per quindecim dies profeſtum omnium-Sanctorum immediatè præcedentes, iuxta Sixti literarum prædictarum formas, & quod deterius eſt, aliqui neutrum obſeruabant, & propter huiuſmodi varietatem & verba in eiſdem literis Pij prædeceſſoris appoſita, per quæ illis qui antiqua ſtatuta obſeruare ſoliti erant vel ad illa obſeruanda induci poſſent, ſtatuta ipſa relaxari minimè videbantur, & religioſorum conſcientiæ non paruo ſcrupulo ſubiacebant: quanquam ſi in eodẽ ordine ſtatuta pariformiter obſeruarentur, & omnes indifferenter illa obſeruare tenerentur, profectò inconuenientia & animorum perturbationes huiuſmodi ſubmouerentur, & animarum ſaluti, & quieti ac tranquillitati conſcientiarum, perſonarum huiuſmodi plurimum conſuleret. Et pro parte tam tua quam dilectorum filiorum Abbatum, Priorum, Præpoſitorum, Prioriſſarum aliarum vtriuſq; ſexus perſonarũ dicti ordinis, eidem Alexandro prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt animarum ſaluti perſonarum eiuſdem ordinis circa præmiſſa opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaretur, Præfatus Alexander prædeceſſor, qui ad ea quæ Eccleſiæ decorem, ſacræ religionis, ac ſa-

lutem

lutem animarum perſonarum, ſub illius ſuaui iugo degentium ſalubriter dirigendum tendere dignoſcebātur, paterna ſolicitudine proſpiciens, ijs quæ circa id prouida miniſtrorum eiuſdem religionis ordinatione emanauerant, libenter cum ab eo petebatur Apoſtolici adijciebat muniminis firmitatem, & alia deſuper decernebat, & fieri mandabat, prout in Domino *conſpiciebat ſalubriter expedire, te ac omnes & ſingulas perſonas prædictas à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque* Eccleſiaſti*cis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eratis, ad effectum infra ſcriptorum duntaxat conſequendum abſoluens, & abſolutos fore cenſens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſubdat. Videlicet quinto Idus Martij, Pontificatus ſui anno vndecimo, voluit & conceßit tibi dari in mandatis, quatenus tu vna cum omnibus & ſingulis Abbatib. & Prælatis dicti ordinis, ſimiliter pro generali capitulo eiuſdem ordinis celebrando pro tempore congregatis, & ipſum capitulum generale facientibus, & repræſentantibus, adhibito conſilio aliquorum* Canonicorum *eiuſdem ordinis, qui illius ſtatuta, conſuetudines, & obſeruationes melius noſcerent, quæcunque ordinationes & ſtatuta eatenus per Abbates & Prælatos dicti ordinis, circa modum viuendi perſonarum vtriuſ-*

ANNO 1503.

Alexandri VI. ordinationes.

ANNO 1503.

que ſexus ipſius ordinis, & edita .... dummodo ſacris canonibus non obuiarent, & pro ſalute animarum cognoſcendis expedire, præfata auctoritate Apoſtolica approbaretis & confirmaretis ac ſuppleretis omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interueniant, in eiſdemq́ decerneretis illa perpetuo obſeruari debere: Et nihilominus abſtinentiam ab eſu carnium à Dominica in Septuageſima vſq; ad Paſcha reſurrectiõis, aliaq́; ſuper eodem eſu per præfatũ Pium prædeceſſorẽ conceſſa & moderata, ab omnibus & ſingulis eiuſdem ordinis, vtriuſq́; ſexus perſonis deinceps obſeruari debere, eoſq́; ex eiſdem perſonis quos pro tempore proficiſci contingeret extra monaſteria, carnibus, prout illi ad quos diuertent, veſcentur, præterquam in Aduentu Domini, & à Dominica prima in Septuageſima, vſq; ad Paſcha reſurrectionis huiuſmodi poſſe veſci. Ac tã circa illos qui ſtatuta huiuſmodi obſeruare ſoliti fuerant, & apud quos illa relaxata non intelligebantur, ac de quibus in dictis literis fit mentio, quã circa quaſcunq; alias etiã vtriuſq; ſexus prædicti ordinis perſonas, quid & qualiter obſeruare deberent, abſq; alia animorum inductione, limitatione, reſtitutione, arctitudine, ſuſpenſione, dilatione ſeu conſcientiarum ſcrupulis. tribus ſubſtantialibus votis, & ad illorum obſeruantiam neceſſarijs, quæ ſalua permanerent & obſeruarentur, duntaxat exceptis, omnia, &

Circa abſtinentiam à carnibus.

ſingu-

ſingula ſtatueretis, decerneretis, ordinaretis, & ſuper hoc diſpenſaretis & diſponeretis: quæ prædicto ordini & illius perſonis omnibus, communiter & diuiſim, ad pacem, quietem, tranquillitatem & animarum ſalutem earundem videretis expedire. Nec non antiqua ſtatuta & cõſuetudines ipſius ordinis moderaremini, interpretaremini, & limitaretis, illisq; adderetis & minueretis, ſeu etiam illa in totum annullaretis & tolleretis, ac noua totiens quoties opus eſſet, prout iuxta temporum, locorum, perſonarum & occurrentium caſuum exigentiam expedire agnoſceretis, conderetis, ordinaretis, & promulgaretis: dummodo ordinationes & ſtatuta huiuſmodi à ſacris canonibus non deuiarent. Illaq; ab omnibus perſonis prædictis inuiolabiliter obſeruari mandaretis, ac eas ad id per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia oportuna iuris remedia compellere, aliaq; omnia & ſingula quæ in præmiſsis & circa ea neceſſaria eſſent, ſeu quomodolibet oportuna facere & ex æquo curaretis. ſuper quibus omnibus idem Alexander prædeceſſor vobis licentiam & facultatem conceßit, ac ſtatuit, decreuit, & ordinauit: quod deinceps perpetuò, quidquid per ſupradictos Abbates & Prælatos illorũ ſucceſſores capitulariter ſemel ſtatutum, ordinatum, diſpoſitum, moderatum & interpretatum, limitatum, addictum ſeu detractum eſſet, niſi per ſimile generale capitulũ, aut ANNO 1503.

 Abba-

ANNO 1503.

Abbates & Prælatos illud repræſentantes, ſeu illius vel illorum duas ad minus partes, etiam tertia contradicente, infringi vel mutari vel alterari nullatenus poſſet: non obſtantibus præmiſsis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & cōſuetudinib. monaſteriorum & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ceteriſq; contrarijs quibuſcūque. Ne autem de abſolutione, voluntate, conceſsione, licentia, facultate, ſtatuto, decreto & ordinatione Alexandri prædeceſſoris huiuſmodi, pro eo quod per illis ipſius Alexādri literæ eius, ſuperueniente obitu confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, voſq; illorum fruſtraremini effectu; volentes & præfata auctoritate Apoſtolica decernentes, quod abſolutio, voluntas, conceſsio, licentia, facultas, ſtatutum, decretū, & ordinatio Alexandri prædeceſſoris huiuſmodi perinde à dicta die, V. Id. Mart. ſuū ſortiantur effectū, ac ſi ſuper illis ipſius Alexādri prædeceſſoris literæ ſub eiuſdē diei datæ cōfectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, q̄q; præsētes literæ ad probandū plenè abſolutionē, volūtatē, cōceſsionē, licentiā, facultatē, ſtatutū, decretū, & ordinationē Alexandri prædeceſſoris huiuſmodi vbiq; ſufficiāt, nec ad id probationis alteri⁹ adminiculū requiratur. Diſcretioni tuæ p̄ Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus tu vna cū o-

Iulius II. cōfirmat diploma Alexandri VI.

ANNO 1503.

omnib. & ſingulis Abbatib. & Prælat. ordinis huiuſmodi, ſimul pro generali capitulo eiuſdē ordinis celebrando pro tempore congregatis, & ipsū capitulū generale facientib. & repræſentātib, vt præfertur, adhibito conſilio aliquorum Canonicorum eiuſdem ordinis, qui illius ſtatuta, & conſuetudines & obſeruantias melius nouerunt; quaſcunque ordinationes & ſtatuta hactenus per Abbates & Prælatos dicti ordinis circa modum viuendi, perſonarum vtriuſque ſexus ipſius ordinis facta & edita, dummodo illa ſacris canonibus, vt præmittitur, non obuient, & pro ſalute animarum cognoueritis expedire, auctoritate noſtra confirmetis & approbetis ſuppleatisq; omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem: decernentes illa perpetuò obſeruari debere. Et nihilominus abſtinentiam ab eſu carnium, à Dominica in Septuageſima vſq; ad Paſcha reſurrectionis, huiuſmodi aliaque ſuper eodem eſu per ipſum Pium prædeceſſorem conceſſa & moderata ab omnibus & ſingulis eiuſdem ordinis vtriuſq; ſexus perſonis deinceps perpetuis futuris tēporibus obſeruare debere, eoſq; ex eiſdem perſonis, quas pro tempore extra dicta monaſteria proficiſci contigerit, carnibus prout illi ad quos diuerterent veſcerentur, præterquam in Aduentu Domini, & à Dominica in Septuageſima vſque ad Paſcha reſurrectionis

Determinat tempus abſtinentiæ à carnibus.

huiuſ-

ANNO 1503.

huiuſmodi veſci poſſe tam circa illos qui dicta ſtatuta obſeruare ſoliti ſunt, & apud quos illa relaxata non intelligantur, & de quibus in dictis literis fit mentio, quæ circa quaſcunq; alias etiam vtriuſq; ſexus dicti ordinis perſonas, quid & qualiter obſeruari debeant, abſq; alia animorum inductione, limitatione, reſtrictione, arctitudine, ſuſpenſione, dilatione, ſeu conſcientiarum ſcrupulis. Tribus ſubſtantialibus votis, & ad illorum obſeruãtiam neceſſariјs: quæ ſalua permaneant, & obſeruentur, duxtaxat exceptis, omnia & ſingula ſtatutis decernatis, ordinetis, & ſuper hoc diſpenſetis & diſponatis, quæ prædicto ordini, & illius perſonis omnibus communiter & diuiſim ad pacem, quietem, tranquillitatem & animarum ſalutem earundem videbitis etiã vt præfertur expedire. Nec non antiqua ſtatuta & conſuetudines ipſius ordinis moderemini, interpretemini, limitetis, illiſq; addatis & minuatis, ſeu etiam illa in totum annulletis & tollatis, ac nouo toties quoties opus fuerit; prout iuxta locorum, temporum, perſonarum, & occurrentium caſuum exigentiam expedire cognoueritis, condatis, ordinetis & promulgetis: dummodo ordinationes & ſtatuta prædicta, ab eiſdem ſacris Canonibus non deuient. Illaq; ab omnibus prædictis perſonis perpetuo inuiolabiliter obſeruari mandetis, ac eas ad id per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia opor-

tuna

tuna compellere, aliaq; omnia & ſingula quæ in præmiſsis & circa ea neceſſaria erunt, ſeu quomodolibet oportuna facere & exequi iuxta voluntatem & conceſſionem Alexandri prædeceſſoris huiuſmodi auctoritate noſtra curetis. Nō obſtantibus omnibus ſupradictis. Datū Romæ apud S.Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1503. 6.Kalen.Decemb.Pontificatus noſtri anno primo, ſic ſigno ſupra plicam Guil.de Enkeuoirdt & à tergo R.Io. ANNO 1503.

Adamus Abbas Præmonſtratenſis,& totius ordinis præfectus Generalis, vir admodum doctus, ſcripſit libros tres, ſtudio atq; induſtria *Amati à fonte*, Abbatis Cameræ fontis anno 1518. Pariſijs in folio excuſos. *Primus* eſt de ordine & habitu deque profeſſione Canonicorum Ord. Præmonſtr. ſermones XIV. continens. *Secundus*, de tripartito tabernaculo Moyſis, Chriſti & Spiritus S. *Tertius* de triplici genere contemplationis. ANNO 1518. *Adamus Abbas Præmōſtratenſis.*

Libet hic addere, quæ *Creſpetius*, Doctor Theologus Pariſienſis in ſumma Eccleſiaſtica Tit. *Maria*, de Adamo Præmonſtratenſi (iſto an alio?) refert: *Sed & cantum*, inquit. *atq; officium nos habemus ab Adamo Præmonſtratenſi, Cardinale deuotiſsimo editū, officio ſolēnitatis Eccleſiaſticæ per oēm modum in modulatione cōforme.* Hactenus Creſpeti⁹. *Adamus quidam.*

Lego

ANNO 1518.

Lego & alibi Adamum quendam Ord. Præmonſt. Abbatem, ſcripſiſſe homilias in Euangelia & Epiſtolas, quæ Dominicis feſtiſque diebus leguntur.

Ioannis Bracquij, Viconienſis Abbatis, in reſtaurando exornandoque monaſterio ſuo, ſtudium.

Et verò iure nobis hic commemorãdus eſt *Ioãnes Bracquius*, Abbas XXVIII. Viconienſis, eius verò nominis octauus, qui hiſce tẽporibus, aucta æde ſacra, alteraq́; turri exſtructa, fontibus item variè deductis, varijſq́; ædificijs in trianguli formam aptiſſimè diſpoſitis, monaſterium ſuum ſic exornauit. vt hodie nõ modò inter belgica monaſteria, ſi ædificiorũ aptã concinnãque, idq́; iuxta Mathematicarũ artiũ prę ceptiones, ſpectes elegantiã, primas ferat, ſed nec in Italia quidem aut in Hiſpania facilè inuenias, quod ſuperet, aut cõparetur,

Confœderatio quorundam Belgarum Abbatũ.

Septem Ord. Prȩmonſtr. per Brabantiã Abbates, *Antuerpienſis, Grimberganus, Parcẽſis, Heliſſimenſis, Auerbodienſis, Tungerloanus, & Diligemicenſis*, inito fœdere, mutuas ſibi operas ac ſubſidia, aduerſus quoſcũq; ſui Ordinis oppugnatores addixerunt, & diplomate Mechliniæ an. 1519. Aug. 22. dato firmauerunt.

ANNO 1530.

Cella Dei inferior.

Hoc anno monaſteriũ Nobiliũ Virginũ *Cellæ Dei inferioris* (ꝙ an. 1530. apud *Cellam Dei ſuperiorem*, primũ diximus fundatũ, poſteaq́; ad locũ nonnihil inde diſſitũ trãſla-

tũ)in Præpoſiturã virilem Monachorũ eſt cõuerſũ. *Bruſchius in Chronol. monaſt. Germ.* ANNO 1548.

Nicolaus Pſaulme, Lotharingius Iuris Põtificij Doctor Pariſiẽſis, ex Abbate S. Pauli ad muros vrbis Virdunẽſis, creatur Epiſcopus eiuſdẽ vrbis an. 1548. Fuit vir admodum ſedulus in Clero populoq; ſibi ſubiectis, cũ verbo tũ exẽplo reformãdis atq; inſtituẽdis *VVaſſeburg. Antiq. Galliæ Bel. l. 7.*

Nicolaus Pſaulme Epiſcopus Virdunenſis.

Martinus Petromannus, Louan. monaſterij Plucenſis eleemoſynarius annos 58. in familia Norbertina piè exegit, obijtq; Kal. Mart. 1557. *Scripſit in Regulã S. Aug. Itemq; de virtutibus commentarium, & alia, quæ apud Parcenſes exſtant manuſcripta.* ANNO 1557.

Martinus Petromãnus

Virduni in Lotharingia an. 1565. Patrib. ſocietatis Ieſu collegiũ exſtructũ eſt à *Nicolao,* eius vrbis Epiſcopo, è familia Præmonſtratenſi: teſte Petro Ribadineira, eiuſque interprete Andrea Scotto, in vita Franciſci Borgiæ l. 3. c. 9. ANNO 1565.

Collegium Theologicum Præmonſtr. in Academia Louan. initium nunc cœpit. ANNO 1570.

Carolus. n. van der Linden, Abbas Parcenſis, Aegidius Heinſi⁹ Abbas Auerbodiẽſis, & Michael Malenus Abbas Niniuenſis, cũ amplas ędes Louanij ſitas, cõmunib. expẽſis abs *Gerardo à Cãpenhout,* Abbate Grimber. emiſsẽt, ſocietate inita, ea ipſas an. 1571

Collegij Præmonſtratẽſis origo Louanij.

ad Col

ANNO 1571.

ad Collegii vſum formamq; pro ſuorum monaſteriorum alumnis adaptarunt, certiſque conditionibus initis, dotem aliquã ſinguli ad duos candidatos in ſtudiis alendos contulerunt. Placuit id conſilium inprimis *Laurentio Metſio*, Epiſcopo Siluiducenſi, eidemque Abbati Tungerloenſi, itemque *Guilielmo Comiti*, ad D. Michaelis Antuerpiæ Abbati; qui paulò poſt trium Abbatum nominatorum inſtitutioni ſubſcripſerunt. Acceſſere & alij poſtmodum Belgii Abbates. Floret autem hodieq; Collegium hoc Præmonſtratanum Louaniẽſe ingenijs & alumnis, vti & Salmaticenſe in Hiſpania, & Pariſienſe in Gallia, de quo ſupra anno 1294. diximus.

ANNO 1572.

Hadrianus Hiluaribecanus Martyr in Hollandia.

Anno 1572. *Brilæ*, quod eſt Zelandiæ opidum, ad oſtium Moſæ fluuij, duo inſtituti Præmonſtratenſis Canonici cum alijs ſeptendecim: quorum vndecim *Franciſcani* erant, martyrio coronati ſunt. Prior fuit *Hadrianus*, Hiluaribecanus, à celebri eius nominis in Campania Brabãtina municipio, ſibi natali, ſic nominatus. Is Middelburgi apud Zelandos Ord. Præmonſt. inſtitutum anno circiter 1547. amplexus, cũ in dicto monaſterio an. 25. continuos ſumma vitæ integritate, exegiſſet, anno demũ 1572. ſub feſtum Paſchæ, *Monaſterium* (qui

vicus eſt in extremis Hollandiæ finibus, ANNO
vbi Moſa in Oceanum influit, ſitus, vul 1572.
gò *Munſter* dictus) à ſuo præſule mittitur, Paræcus eius loci futurus, quod eius loci paſtor (cui item *Hadriani* nomen fuerat) paulò ante è vita exceſſiſſet: nihil ille tergiuerſatus, ſolo obedientiæ nomine iniũctam ſibi prouinciam promptiſſimè ſuſcepit, etſi admodum periculoſam, ob effrænatam hæreticorum, apud Belgas id temporis omnia turbantium, audaciam. Elegerat eum nimirum Deus, qui paucis poſt menſibus glorioſa ſua morte, familiam Præmonſtratenſem clarificaret. Itaque ſub initium Iulij vna cum ſubſidiario Presbytero contubernali ſuo (de quo mox dicemus) noctu domi ſuæ comprehenſus Geuſiis abs Piratis Brilam, in quo opido Gorcomiani vndecim Franciſcani, alijque ſacerdotes captiui tum detinebãtur, eſt auectus, & cum iiſdem ab hæreticis interfectus. Relatum eſt autem poſtea de *Hadriano* à nonnullis, tunc illius carceris ac miſeriæ ſociis, inſignem eius in vultu, moribus, ſermone modeſtiam cum pietate eluxiſſe: atque in tolerandis iniurijs dignam Martyre fortitudinem; prorſus vt ſuo exemplo cæteris captiuis non parum ædificationis attulerit: à quibus vi-

ANNO 1572. cilium ob ſuas virtutes in magna venera tione eſt habitus.

Iacobus Lacopius Martyr ibid.

Alter fuit *Iacobus*, cognomento *Lacopius*, Aldenardæ in Flandria natus Pręmóſtrat. item inſtituti apud Middelburg. Canonicus, prŏpto ſubtiliq; vir ingenio, q̄ & humaniorib. diſciplinis & linguarū ſtudiis diligēter excoluerat. Cęterū an. 1566. quo Iconomachorum furor primaria aliquot Belgij opida peruaſit, inter alios alibi nōnullos *Lacopius* quoq;, Deo ſic permittēte, qui electis ſuis omnia cooperatur in bonū ab hæreticis miſerè ſeductus, ac malè perſuaſus, primū apud Fratres in monaſterio linguā ſuā aduerſus Eccleſiæ ſacramēta, euiuſq; dogmata iuueniliter ac petulāter, ne dicā impiè, laxauit; moxq; monaſtèrij deſertor, apud hæreticos concionandi munus obiuit, & libellū hæreticū procaci ſtylo cōſcripſit, titulo *deplorationis Aureæ Legēdæ*. At verò in hac tāta animi cęcitate nō diu permanere eum paſſus eſt miſericors Deus, ſed citò ſatanę faucibus ereptā errabundam ouiculā, caulis Eccleſiæ ſuæ benignus paſtor reſtituit. Namq; poſt paucos menſes *Iacobus* facti pœnitentia ductus, ad monaſterium ſuum reuerſus eſt, veniā errati coram vniuerſo fratrum conuentu rogauit, errorem hæreſimque omnem re-

Deficit ad tempus à fide ac vocatione ſua.

Reſipiſcit.

uoca-

uocauit, abiurauit, execratus eſt. Scriptum quoq; à ſe libellum ſuis ipſe manibus in ignem coniecit. Poſt hæc iniunctã ſibi pro peccato ſatisfactionẽ & humiliter ſubiit, & obedienter impleuit. Miſſus dein probri obliterandi cauſa, ad aliud quoddã eiuſdẽ ordinis monaſterium, in Geldriæ partib. ſitum, cui nomen *Inſula Mariæ*, vixit ibi honeſtè, religioſè, inculpatè. Quin etiam nonnulla in eo monaſterio ſcripſit aduerſus hæreticos; ſtudens nimirum hac ratione ſarcire damnum animarum, ſi quod ante ſeu ſcripto ſeu verbo dediſſet. Eam ſane, quam dixi, monaſterij deſertionem, neſcio vnde cognitam: fertur Comes *Lumnius* (quo Tyranno iubente ipſe cum cæteris mortem paſſus eſt) illi, cum ab ipſius miniſtris examinaretur, obieciſſe, atque Lumnio Lacopius ita reſpondiſſe, vt factum quidem non negaret ſed ab errore ſic ſe correctum oſtẽderet, vt à veritate iam certius agnita, Deo propitio, nulla pœnarum acerbitate ſeſe paſſurus eſſet abſtrahi: Fuerat autem *Iacobo* frater *Hermannus*, idem ille, qui proximè apud Monaſterienſes paræcum egerat, vir pius, prudens, & Catholicorum dogmatum apprimè ſtudioſus: qui & parentes ambos pauperes debito proſecutus honore, do-

Anno 1572.

Animosè reſpondet Lũnio Comiti.

ANNO 1576.

mi apud ſe aluerat. Huic Iacobum in paſtorali munere ſocium & auxiliarem presbyterum adiungi tandem placuit; ea maximè gratia, vti tum in ijs quæ pietatis ſunt, tum in fide Catholica Iacobus, qui dudum infeliciter aberrauerat, exemplo atque inſtitutione domeſtica magis etiã confirmaretur. Qui poſt fratris obitum, eius ſucceſſori relictus curarum paſtoralium ſocius, mox beatæ quoq; paſſionis cum eo conſors effectus eſt, annos natus, triginta plus minus. Itaque ad hunc modum (vt verbis vtar pii cuiuſdam monachi, de iis in Epiſt. ad amicum ſcribentis) hi duo viri candidi ordinis ambo, candidas in Agni ſanguine lauerũt ſtolas ſuas *Ita ferè Guilielmus Eſtius Doctor Theologus. & Cancellarius Duacenſis in hiſtoria Martyrum Gorcomienſium. lib. 3 cap 38 & 39.*

Carolus van der Linden *Abbas Parcenſis moritur.*

Anno 1576. Decemb. 22 obiit *Carolus* van der Linden/Patricius Louanienſis, Abbas Parcenſis cùm annos 18. laudabiliter præfuiſſet. Fuit vir omninò egregius, & ſtudiorum fautor ac Męcenas admodum liberalis, quiq́; Collegij Pręmõſtr. in Academia Louanienſi inſtituendi in primis auctor ac ꝓmotor exſtitit, duab. etiã burſis (vt vocãt) ad id relictis, & Parcẽſimonaſterio nouis ædificiis egregiè aucto.

Michael

Michael Malenus, Niniuenſis, in Flandria Abbas, anno 1576. in feſto S. Bartholomæi conſecratus, vir græcè latineq; doctiſſimus, ad populares in Catholica religione continendos *Staniſlai Hoſii* Cardinalis librum *de expreſſo Dei verbo* Teutonicè reddidit. Scripſit item conciones atque orationes varias in Synodis Epiſcopalibus & Præmonſtratanis, ab ſe habitas, aliaq́;. Fuit admodum amans doctorum virorum, in his *Georgij Bulloci*, Angli Doctoris Theologi, cuius extat *œconomia methodica* concordantiarum ſacræ ſcripturę, typis Plantinianis excuſa, eidemq́ue Maleno inſcripta. Obiit autem Malenus Bruxellis an. 1578. Octobris 18. in Eccleſia S. Gaugerici ibidem conditus.

Anno 1576. *Michael Malenus Abbas Niniuenſis.*

Anno eodem obijt *Guilielmus Dupaſius*, Gemblacenſis XLI. Abbas Floreffienſis, vir omnium diſciplinarum, atque imprimis literaturæ politioris admodum peritus.

Guilielmus Dupaſius Abbas Floref.

Scripſit is *poëmata ſacra*, Leodici anno 1577. typis edita. Huius cura in paræciali Eccleſia Floreffienſi celeberrima venerabilis Sacramenti ſodalitas inſtituta eſt, idq́ue ſub regimine XII. patrum: quibus Abbas ipſe Floreffienſis præſidet. Fuit autem hæc olim ſodalitas à Paulo III.

ANNO 1577. Pont. Max. primum excitata, multiſque priuilegijs atque indulgentijs ab eodem anno 15.9. exornata. Poſtea verò Rudolphi Cardinalis Carpenſis opera, petente id dicto Dupaſio, cum Floreffienſibus eſt communicata anno 1561. Præfuit *Dupaſius* annos 26. obiitque Leodici (quo ſeſe ob bellicos tumultus receperat) anno Chriſti vt diximus, 1578. Et ibidem conditus in monaſterio Belli-Reditus.

ANNO 1578. *Sibrandus Leonius moritur.* Eodem anno 22. Iunij obijt *Sibrandus Leonius* Leouardieſis, Lidlumenſis monaſterij apud Franikeram Friſiæ opidum Canonicus Præmonſtratenſis, & paſtor Menaldomenſis. Fuit vir variè admodum doctus primuſque tabulam geographicā Friſiæ deliniauit, à Iacobo Dauentrienſi N. Hogenbergio, ac demum ab Abrahamo Ortelio in Orbis terrarum Theatro editam. *Eius lucubrationes.* Scripſit idem eleganti ſtylo hiſtoriam & catalogum Abbatum *Horti B. Mariæ.* Itemque monaſterii Lidlumenſis, nondum typis editum: quo nos in hoc chronico adornando non ſemel vſi ſumus. Collegerat idem plurima, (vt erat in hiſtorijs verſatiſſimus) de Friſiorum rebus in Syria ad Damiatam, & alibi fortiter geſtis: quibus ſe ad hiſtoriam Friſiæ illuſtrandam, nō mediocriter adiutum fuiſſe

teſtatur *Siffridus Petrus* decade 13. de ſcri- ptoribus. Friſiæ cap. 7. vbi plura in huius viri laudem legas.

ANNO 578.

Engelbertus Beets, Holienſis, Religioſus Tũgerloenſis, & Paſtor in Rampnis apud Brabantos VII. Id. Ian. an. 1579. ab impiis latronibus occiſus eſt.

Engelbertus Beets à latronibus interemptus.

Gulterus Schuyſſæus, Duyſelius, ex Priore Tungerloenſi, Paſtor in *Quedendael*, Campaniæ Brabanticæ pago, à Prædonibus hęreticis XI. Kal. Septemb. an. 1580. eſt trucidatus.

Item Gualter' Schuyſſæus.

ANNO 1582.

Cùm *Ioannes Molanus*, Doctor Theol. Louan. de Eccleſiaſtica hiſtoria optimè meritus, Vſuardi Martyrologiũ cũ indiculo Sanctorũ Belgij edidiſſet, nõ ſine Dei numine factum eſt, vt in dicto indiculo iſta de S. Norberto ſcriberet. *Norbertus Sãctenſis, fundator Ord. Præmonſtr. & Archiep. Magdeburgenſis, nondum eſt Catalogo Sãctorum inſcriptus, haud propter inopiã meritorũ, quia ampliſsima habuit, ſed, vt opinor, quia id Ordo à Romana ſede petere neglexerit.* Quæ quidem verba, R. D. *Ambroſium Loots* monaſterij Parcenſis, ad muros Louanienſes Abbatem ſic pupugerunt; prorſus vt ad *Ioannem à Pruetis*, Abbatem tũc Præmonſtratenſem adeoque vniuerſi ordinis Principem, ampliſſimas literas daret,

ANNO 1582.

quibus eum de nota iſta negligentiæ abolenda hortabatur. Quo factum eſt, vt dictus Dominus Ioannes à Pruetis, per illuſtriſs. Card. *Philippum Boncampagniū*, Ord. Præmonſtr. protectorem, ſedulò Romæ ageret de B. Norberto Canonizando (vt vocant) ſeu Catalogo Sanctorum à Gregorio XIII. Pontif. Roman, adſcribendo. Itaque dum eo fine ſcrinia & bibliothecæ excutiuntur, & luculenta ſanctitatis teſtimonia quæruntur, inuentum eſt Romæ in bibliotheca Vaticana ſcriptum ampliſſimum, à multis retro annis ad ſolennem eiuſdem canonizationem (vt vocant) adornatum. Quo quidem diligẽter excuſſo Gregori⁹ XIII. Pont. Max. diplomate de feſto S. Norberti ſolemniter die 6. Iun. celebrando, alterumque de indulgentijs eodem die apud Præmonſtrat. promerendis euulgauit. Nec abs re fuerit vtrumque hic attexuiſſe.

Norbertus Diuorum tabulis adſcribitur & ſolenne eius feſtum à Gregorio XIII. inſtituitur.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI AD perpetuam rei memoriam.

IMmenſa diuinæ ſapientiæ altitudo, cuius inſcrutabilia ſūi iudicia, dignata eſt olim per Prophetam reuelare,* Deum laudari velle in ſanctis ſuis: *Quod nos ad ſanctorum memoriã debita ſolẽnitate celebrandã eò magis inuitat,*

quia

ANNO 1582.

quia dum eorum merita recẽſentur, virtutum quoq; exempla fidelibus ad imitandũ proponuntur, vt per ea gradientes, ipſi pariter ad cæleſtẽ beatitudinem Sanctorũ ſuffragijs, adiuti, facilius valeãt peruenire. Quapropter nos, qui fide dignorũ, præcipuè dilectorũ filiorũ Philippi, *tituli S. Sixti presbyteri Cardinalis,* Boncõpagni *nuncupati, maioris Pœnitentiarij noſtri, & Præmonſtr. Ord. protectoris, ac* Ioannis *abbatis, monaſterij Præmonſtr. Laudunenſis diœceſis relatibus intelleximus, quod præfatus ordo à B Norberto, eximiæ ſanctitatis viro, qui etiã Eccleſiæ Magdeburgenſi præfuit iam ſupra 40. annos fundatus & inſtitutus fuit; dignũ, quin potius debitũ reputamus, quod B. ipſe Norbert. in veneratiõe ac honore habeatur in terris, qui nunc honoratur in cælis, & cuius vita benè placens Deo plurimis claruit miraculis, ſicut fide digna grauiũ auctorũ monumẽta teſtãtur,* Ioãni *abbati, ac vniuerſo Ordini Præfectis, vt erga Patrẽ ſuũ gratos & deuotos filios ſe valeãt exhibere in perpetuũ, vt feſtum ipſius S Norberti Confeſſoris atq; Pontificis die 6 Iunij, qua idẽ S. Norbertus ex hac vita migrauit ad cælum, cũ ſua Octaua officio duplici de vno Confeſſore ac Pontifice in omnib. & ſingulis dicti Ord monaſterijs Eccleſiis & locis anniuerſaria ſolemnitate in perpetuum celebrare, ac eiusdẽ Sãcti cõmemorationẽ quandocunq; alia conſueta*

S. Norbertus varijs claruit miraculis.

Feſtũ S. Norberti 6. Iunij celebrandum

ANNO 1582. commemorationes ex monaſtico dicti Ord. inſtituto vel ritu fieri debent, facere, nec nõ præfatũ S. Norber qui in pluribus Martyrologijs vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis ſub ipſa 6 die iũ. deſcriptus & annotatus reperitur, in Calẽdario eiusdẽ ordinis. tantum ſub eodem die Iunij pro feſto duplici cũ ſua octaua deſcribere, & annotare liberè & licitè valeant, per præſentes cõcedimus. Sicq; ab omnib. præfati ordinis vtriuſq; ſexus regularib. perſonis, pro tẽpore exiſtentib. ꝑpetuò obſeruari debere Apoſtolica auctoritate tenore præſentiũ mãdamus, ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac dicti ord. & eius monaſteriorũ, iuramento cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. cæterisq; cõtrarijs quibuscũq;. Volumus aũt, ꝙ earundẽ præſentiũ tranſſumptis etiã impreßis manu alicuius Notarij publici, ſubſcriptis, & ſigillo dicti ord. aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, quæ ijſdẽ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtẽſæ. Nulli ergo omninò hominũ liceat hãc paginã noſtræ cõceßionis, mãdati ſtatuti, ordinationis & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire Si quis aũt hoc attẽtare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei ac B Petri & Pauli Apoſtol. eius ſe nouerit

incurſurum. Datũ Rom. apud S. Marcũ an. Incarna. Dñi 1582. v. Kal. Aug. Pontif. n o-ſtri an. 11. *Sic ſubſcriptum* L. Thiſius. *Deinde ſic, Romæ apud hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales 1582.* Deinde ſic. *Leonardus Thiſius Notarius publicus in Archiuio Rom. Cur. deſcriptus ſubſignauit* : Et ſuperimpreſſum erat ſigillum Reuerend. Dñi Card. S. Sixti, protectoris Ord. Pręmonſtratenſis.

ANNO 1582.

GREGORIVS PAPA XIII.

VNiuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem & animarum ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto refectis; qui quaſlibet Eccleſias vbilibet conſtitutas Ordinis Præmonſtratenſis, tam virorum quàm mulierum die feſto S. NORBERTI, *dicti ordinis fundatoris, à primis veſperis vſque ad occaſum eiuſdem feſti ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac hæreſum extirpatione, ſanctæq; Matris Eccleſiæ exaltatione, & eiusdem ordinis augmento pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorũ ſuorum indulgentiam, & remiſſionẽ miſericor-*

diter

ANNO 1582. *diter in Domino concedimus. Præſentibus v/q; ad annū iubilæi excluſiuè duntaxat valituris. Volumus aūt, quod earundē præſentiū transumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis, eadē vbiq; fides adhibeatur quæ ipſis originalibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Marcū ſub annulo Piſcatoris. die 15 Aug M D.LXXXII. Pontif. noſtri anno 11 ſubſcriptum Caſ Glorierius.*

ANNO 1583. *Obitus Andreæ Loots, Abbatis Parcenſis.*

Anno 1583 Ian. 12. obijt R. D. *Ambroſius Loots*, Leodius, Abbas Parcenſis, cū annos ſex præfuiſſet; hoc nomine æterna memoria dignus, quod, vti ſupra diximus, ferè auctor & princeps exſtiterit, vt S. Norber. Præmonſtr. familiæ Patriarcha, Diuorum tabulis ab Apoſtolica ſede inſcriberetur.

ANNO 1548. *Antonius Rodius.*

Antonius Rhodius à *Graſen*, Louanienſis, Religioſus Parcenſis meditabatur edere hiſtoriā vitæ S. Norberti ad manuſcripta exemplaria collatam, Notiſq; à ſe illuſtratam; ſed mors præueniens, pios hoſce conatus reſcidit: Obiit aūt S. Theolog. Baccalaureus formatus 26. Sept, an. 1584. Cuius quidem laboribus in parte adiutos nos eſſe libenter agnoſcimus.

Bartholomæus Honorius

Bartholomæus Honorius Canonicus Floreffienſis, hoc anno edidit Siluæ Ducis apud Brabantos in Tabula duplici elogiū

S. Nor-

S. Norberti, & catalogum celebriorum Ord. Præmonſt. per vniuerſum orbem, Abbatiarum. Anno 1587.

Hoc an. 2. decemb. obijt vir piĕtiſſimus *Hadrianus Eſtius*, Gorcomienſis, frater eximii viri *Guilielmi Eſtÿ*, Doctoris Theologi, & Cancellarij Duacenſis. Is adoleſcẽs adhuc, factus eſt Religioſus in *Inſula B. Mariæ*, in confinibus Gelriæ Quo monaſterio ab Hæreticis vaſtato, ad Parcenſe monaſteriũ apud Louanium venit, ibidẽque Supprior ac Magiſter Nouitiorũ diu fuit, ac demum Prior Antuerpiæ ad Diui Michaelis electus, monaſticã ibid. diſciplinam reuocauit, vbi & piè in Domino obdormiuit.

Anno circiter 1579. *Ioannes à Pruetis*, Doctor Theol. Abbas Præmonſt. & toti⁹ Ord. Præfectus Generalis obiit. Vir fuit ſanè eximius, optimeq; de ordine vniuerſo meritus. Scripſit latinè doctiſſimum libellum, in quo docet, nõ eſſe diſputandũ cum hæreticis. Gallicè verò ſcripſit Reſponſum ad Epiſtolam *Franciſci Perrocelli*, pro defẽſione SS. Miſſæ ſacrificii. Gallicè item, *pro veritate corporis Chriſti in Euchariſtia reſpondit ad 37 argumenta obiecta à I. de Spina Miniſtro Caluiniſta* Exſtant hi tres libri excuſi Lutetiæ Pariſiorum. Anno 1597.

Michael

Michael Malcerpius, Foſſianus, Heliceſſimenſis in Brabantia Religioſus, vitam *Sancti Norberti*, eleganti carmine elegiaco à ſe conſcriptam hoc anno Leodici typis excudendam curauit.

ANNO 1599. *Gaſpar Gellius Poeta.*

Eodem anno *Gaſpar Gellius*, Diſtemius Brabantus, Floreffienſis Abbatiæ Canonicus, Louanij ſua poemata ſacra euulgauit: in quibus eſt poema heroicum, *de Præmonſtratenſis Ordinis origine alterumq́; de Diui Norberti vita*. Ac mihi quidem ſuo quiſque carminis genere in eiuſdem argumentis tractatione videtur excellere.

ANNO 1601. *Gerardus Drunæus Mathematicus inſignis.*

Anno 1601. Ianuarij 23. obijt *Gerardus Drunæus*, Canonicus Tungerloenſis, & Paræcus Rhetenſis, in Campania Brabantina, qui vt erat Mathematicus præſtantiſſimus, varia ingenij ſui monumenta, artiſque inſtrumenta reliquit. Atque inſtrumenta quidem, quæ erant plurima, atque eximia, *Erneſto* Bauaro Colonienſi ac Leodienſi Antiſtiti, harum rerum amantiſſimo, dono dedit. Scripta verò adſeruant ſodales Tungerloenſes: ſuntque iſta. *Tabulæ ſinuum. De ortu & occaſu, de mediatione cœli ſiderum liber. Tabulæ aſcenſionum rectarum & obliquarum* ad ſingula minuta, & obliquationes ad ſingula minuta. Altitudo ſolis in quo

libet gradu ad ſingulas horas, ad latitudinem 51. graduum, & 20. minutorum. *Tabulæ Paralapis, ſeu diuerſitatis* aſpectus ad latitudinem 51. graduum & 20. minutorum. *Liber de vſu quadrantis Aſtrolabij. Tabula multiplicationis 100. 1020. Canon æquationis ad ſingula minuta.* Kalendarium hiſtoricum & poeticum, exhibens ſolis locum in Zodiaco ortum & occaſum, quantitatem diei ac noctis, nec non præcipuarum ſtellarum inerrantium ortus & occaſus cum ſole, ad annum 1590. in Tabula. *Tabula feſtorum mobilium* ab an. 1582. vſque 2201. & alia nonnulla. ANNO 1601.

Chriſtophorus Pilcmannus, Bonnenſis Religioſus *Steinuelderſis*, & monaſteriorũ VVeſtphaliæ, Superiorum iuſſu olim quidem reformator, nũc autem proprii cœnobij moderator, ac pius admodum monaſticæ ſtrenuuſque diſciplinæ zelator, edidit in patenti folio Coloniæ *Paradiſum religioſæ voluptatis & vitæ religioſæ typicam deſcriptionem.*

Seruatius Laruelius. Sõnegiẽſis, Hanno, Doctor Theol. Abbas *S. Mariæ ad Nemus*, in Lotharingia apud Muſſipontũ, & Vicarius Generalis vniuerſi Ord. Præmonſtr. vir egregiè doctus, ſcripſit *Commentarios in Regulã D. Aug.* in CXII. ſpecula diſtinctos ANNO 1603.

quos

ANNO 1603. quos *Opticam Regularium* nuncupat, Muſſiponti anno 1603. in 4. editos. in quibus multa habentur ad ordinem Præmõſtratenſem pertinentia. Sub finem additur Index cœnobiorum eiuſdem Ordinis Præmonſtratenſis.

(∴)

FINIS CHRONICI ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS.



AVB.

AVB. MIRÆVS LECTORI CANDIDO S. D.

IN Morauia, regni Bohemiæ prouincia, inſigne eſt cœnobium Ord. Præmonſtratenſis, quod LVCA nuncupatur. In hoc cœnobio annis ſuperioribus non modò Breuiariũ eiuſdem ordinis in folio, ad vſum commodiorem horas canonicas ſiue legentium, ſiue cantantium in choro, typis eſt editum, ſed & alia non pauca, eidem inſtituto illuſtrãdo, ſunt publicata.

Eſt in his vita HAYTONIS, Regis Armenię, pòſt Ord. Pręmonſtratenſis Canonici, à Religioſo quodam Lucenſi ex varijs ſcriptoribus concinnata, & typis anno 1609. Lucæ euulgata. Chronico itaque noſtro iã ſub prælo ſudante, cùm ea demũ ad manus noſtras perueniſſet, viſum fuit eidẽ Chronico ſubnectere, vnà

cum vitæ hiſtoria B. HROZNATAE, qui Teplenſe & Chotieſſouienſe monaſteria in Bohemia fundauit, itemque cum hiſtoria Martyrũ duorum Belgicorum, ADRIANI HILVARISEÇANI, & IACOBI LACOPII, à Caluiniſtis anno 1572. laqueo ſuſpenſorum. Et pro his quidem auctarijs alijſque, mi Lector, gratiam habe R. P. THEODORO PETREIO, viro longè eruditiſſimo, & Dulmaniæ in VVeſtphalia Carthuſiæ nunc Priori. Si quid alij in poſterum nobiſcum communicabunt (quod vt faciant vehementer rogo) curabo vt nemini nequaquam ingrato id præſtitum intelligant. Vale. Antuerpiæ pridie Pentecoſtes an. 1612.

VITA VENERABILIS HAYTONIS REGIS ARMENIAE, POSTEA ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS CANONICI, EX DIVERSIS autoribus collecta, præcipuè autem ex libro eiuſdem conſanguinei HAYTONIS quoque nominati, qui Tartarorum hiſtoriam conſcripſit.

CAPVT I.

EO tempore, quo Clemens quartus ſupremum Eccleſiæ regimen adminiſtrabat, & S. Ludouicus in Gallia, Mango Cham in Tartaria regnabant, venerabilis HAYTO quoque Armenis imperabat, Dei in primis & orthodoxæ religionis eximius amator, acerrimuſque hoſtium Eccleſiæ impugnator. Quo viuente accidit, vt Mango Cham Tartarorum Imperator vniuerſam ſibi Syriam ſubiugaret, multaſque alias regiones vſque ad ipſam Turciam. Quod cùm Rex

Armeniæ intelligeret, conſiderata virium ſuarum imbecillitate, ſe nimirum tanto hoſti reſiſtere non poſſe, futuris prudenter proſpicere volebat, & mox omni poſtpoſita mora cogitare cœpit, quomodo ſibi regnoque ſuo ſalubriter conſuleret.

Talia cogitanti hoc ſibi potiſſimum faciendum putabat, vt ad Imperatorem Tartarorum perſonaliter ſe conferret, & cum eo pacis fœdera certis conditionibus interpoſitis iniret, quod & factum eſt. Nã cùm itineri ſe accingeret, maxima munera ſecum adferre volebat, quibus Tartarum tantò facilius ad ſuam ſententiam inclinaret. Sed neque hæc ipſa ſola cauſa allatorum donorum, & perſonalis viſitationis fuerat: alia multò religioſior ſublatitabat: Nempè vt eum vnà cum omnibus ſibi ſubiectis ad veri Dei cultum & fidei Catholicæ amplexum adducere poſſet. Quæ omnia gratia Dei cooperante, ex voto euenêre. Verùm hæc Hayto conſanguineus ipſius, libr. citat. cap. 23. ex quibus hæc tranſſumpſimus, fuſius proſequitur.

QVO-

QVOMODO REX HAYTO AD TARTARORVM IMPERATOREM peruenerit, quomodo ab illo exceptus & quas conditiones illi propoſuerit.

CAPVT II.

ANno ſalutis humanę milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo tertio, Hayto Rex Armeniæ, audiens Tartaros ſibi ferè omnia regna vſque ad Turciam ſubieciſſe; conſilium cum quibuſdam prudentioris ſaniorisſque conſilii hominibus capit, vt ſolus ad Tartarorum regem proficiſcatur, quo ea ratione liberior acceſſus cum illo paciſcendi, pateret. Verùm antequam iter arriperet, ad eum fratrem ſuum Dominum Sinibaldum regni Armeniæ Coneſtabulum, præmiſit, quò aduentum ſuum citò futurum Imperatori denunciaret, eique facilem ad negotia ſua tractanda viam ſterneret. Minimè itaque voluntatem Domini ſui exequi diſtulit, ſed quantocius cum maximis donis, electoque populo præceſſit, reſque demandatas, quarum cauſa ablegabatur. ANNO 1253.

optime,& cùm laude expediuit, niſi quod quatuor annos antequam in Armeniam remearet, inſumpſit. Reuerſus igitur ad Regem ſuum, quęcunq; viderat effeceratque coram expoſuit. Interiecto paruo poſtmodum temporis interuallo, Rex Hayto è regno ſuo tacitè progreditur: ſubuerebatur enim, ne in terra Turquiæ, ſiue Turciæ, per quam iter habendum erat, cognitus proderetur. Annuit fortuna diuina prouidentia ita diſponente, vt Soldan Turquiæ in bello à quodam Tartarorum Duce, in quem Rex Hayto incidit, familiaremque notitiam cum eo contraxit, vinceretur. Intellexit ergo præfatus dux, illum ad Dominum ſuum, nempè Tartarorum Imperatorem inſtituiſſe: quã lautiſſimè eum excepit, comitatuque ſuo tutum deduci vſque in Cumaniam per Portam ferri demandauit. Repperit ergo poſtmodum plures eiuſdem Capitaneos, quorum quilibet regem ex vna regione in aliam, donec ad ciuitatem Almalech dictam pertingeret, in qua Imperator & Dominus Tartarorum reſidebat, comitatus eſt.

Tũc primùm Imperatoris Mango Chã animus ingenti perfundebatur gaudio, ea propter, quod ex quo Conchius Cham

per montes Belgiam exercitum duxerat, ab eo tempore nullus tantæ autoritatis exiſtimationiſque, quantæ Rex Hayto fuerat, ad aliquem Tartarorum regem, tanto honore ſe recepiſſet. Quare honorificè exceptus & ſuſceptus ab eo eſt. Delegit ergo quoſdam ex præcipuis ſuis aulicis qui illi continuò adeſſent, eumque quam poſſent optimè & colerent, & obſeruarent & tractarent, multiſque inſuper beneficijs ab eodem affectus fuit. Commorabatur autem Rex Hayto aliquo tēporis ſpatio, exiguo tamen, apud eum, petens ab Imperatore, vt in negotiorum executionem, quorum cauſa hoc iter ſuſcepiſſet, diligentiore & celeriore cura ad finem deducendum incumberet, ſeſeq; rebus confectis abſolueret, vt eo celerius ad ſuos limites, poſſit remeare. Adhęc Imperator placidum reſponſum obtulit, ſe lubenti animo ipſius petitioni facturum ſatis, indicans etiam ſe, quod vltrò dominium ingredi voluerit, perenni memoria repoſiturum. Contra Rex ſeptem, conditiones propoſuit.

SEPTEM CONDITIONES QVAS REX HAYTO TARtarorum Imperatori propoſuit.

CAPVT III.

PRima cõditio ſeu petitio regis Haytonis talis erat; vt Imperator cum vniuerſo ſuo populo Chriſtianam religionem amplecteretur, renunciando omnibus ſectis, & ad baptiſmum conuolando.

2. Vt pax & amicitia inter Chriſtianos & Tartaros im perpetuum ſanciretur, ſtabilireturque

3. Vt in omnib. ſui regni terminis, quæ Tartari ſibi vel iam ſubegere vel ſubacturi ſunt, Eccleſiæ Chriſtianorum eorumque clerici, cum omnibus alijs ſpiritualibus, ab omni exactione & ſubiectione exempti eſſent.

4. Vt terram ſanctam, Dominicumve ſepulchrum è poſſeſſione Saracenorum eriperet, Chriſtianorumque poteſtati traderet.

5. Vt Calipham Baldacum, qui caput & magiſter ſectæ Mahumeticæ eſt, penitùs euerteret.

6. Po-

6. Poſtulauit ſingulare priuilegium ſibi dari, vt ſi quando, ſiue à remotioribus ſeu Armeniæ propioribus Tartaris, ſubſidium quæreret, ſine omni contradictione & longiori dilatione, ſeſe obedientiæ Sacramento obſecundaturos obſtringerent.

7. Vt omnia iura ad Armeniam pertinentia, quæ ſiue ea Saraceni obtinuêre, & poſtmodum in Tartarorum venêre poteſtatem, ad Armeniæ Imperium reuerterētur. Præter hoc etiam, ſi quid Rex proprijs viribus è Saracenorum manibus ſuis adijceret terminis, illud ſuo iuri pacificè poſtmodum cederet.

CVIVSMODI RESPONSIONEM TARTARORVM Imperator conditionibus à Rege oblatis dederit.

CAPVT IV.

HAs itaque petitiones Regis Haytonis vbi Mango Cham cognouerat, præcipuos ſuorum à conſilijs conuocari iuſſit, illiſque præſentibus ad Regis Ar-

meniæ poſtulata ſic reſpondit. Quandoquidem Rex Armeniæ è tam remotis partibus non coactus, ſed voluntariè noſtri dominij fines adijt, decet Imperatoriam Maieſtatem, in omnibus petitioni ſuæ locum dare. Quare tibi Regi Armeniæ, nos tuas petiones, Deo adiuuante, adimplere recipimus. Et in primis quod ad me attinet, nos, qui ad ſummam Tartarorum poteſtatem euecti ſumus, ſacro baptiſmatis fonte ablui deſideramus, eáque fidem, quam per vniuerſum hodie Chriſtiani orbem profitentur, amplexamur, inſuper & eam omnibus noſtræ ditioni ſubiectis, ſicut & nos per ſufficientem eiuſdem inſtitutionem, tenere, obſeruare, & profiteri mandabimus. Quod deinde petis, vt perpetua inter Chriſtianos & Tartaros concordia cum pace ſtabili conſtituatur, nos facturos tibi recipimus; ea tamen conditione, vt tu in primis eiuſmodi pacem & concordiam fouere, ſicuti nos, nobis polliceare. Nil etiam magis in votis habemus, quã vt ędes Chriſtianorum, diuino cultui mancipatæ, vnà cum Clericatu, in quibuſcũque bellorum tumultibus ſibi conceſſis priuilegijs immunes fruantur, & hoc in omnibus noſtri imperij terminis.

Ad Terram ſanctam quod attinet, placeret, ſi poſſibile foret, in eam pro honore Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti proficiſci: ſed quoniam alijs inuoluimur impedimẽtis, id totum fratri noſtro Haolono quanta poterit diligentia perficere remq́ue ad exitum fœlicem perducere, commendabimus. qui dubio procul, Hyeroſolymas, cũ tota terra ſancta, è manib. infideliũ rapiet Chriſtiano populo vẽdicatur⁹. Quod de Calypha Baldacunẽſi propoſitũ fuerat, Capitaneo Bayboni, qui regno Turquiæ præeſt, cùm omnib. qui circumiacentes regiones incolũt, iniũgem⁹, vt oẽs dicto fratris noſtri ſint audientes. Quare volumus, vt Calypha velut hoſtis capitalis & inimiciſſimus Eccleſiæ Dei, penitus è medio tollatur. Priuilegia, quæ ſuper hoc præcipuè deſideras, vt videlicet Tartari Chriſtianis in auxilio ferendo ſint obligati, ratum haberi volumus, idq́; pro placito veſtro ſtatuatur, quod nos libenter cõfirmabimus. Tandẽ rogatũ fuerat, vt regiones illas, qúæ vobis ſuperiorib. temporib. per Saracenos & eis viciſſim per Tartaros ablatæ fuerunt, reſtitueremus, libenter annuimus. Quare id vnicè cupimus, vt tibi cunctæ regiones ſine cunctatione per fratrem noſtrum Haolonum recuperentur.

Demum

Demùm placet nobis omnes munitiones, quas in plano ſitas nobis ſubiecimus ex ſingulari gratia donare, vt regni tui tuitioni deſeruiant.

QVOMODO MANGO CHAM TARTARORVM Imperator baptiſmum ſuſceperit, vtque ſimul Rex Hayto cum fratre ſuo Haolono ab Imperatore veniam abeundi conſecuti ſint.

CAPVT V.

ITaque cum Mango Cham petitionem Regis Armeniæ explere vellet, eam mox priuilegijs, quæ ei collata ſunt, cõfirmauit. Ille verò nulla interpoſita mora ſacramento baptiſmatis initiari voluit: quod etiã factum eſt. Mox etenim à quodam Epiſcopo, regni Armeniæ Cancellario, vndâ regenerationis cum vniuerſa aula ſua ablutus eſt. Neque ſolus Imperator Tartarorum, ſed & complures alij vtriuſque ſexus homines tam procerum quam equitum famuli baptizati ſunt; ex quibus plures, vt vna cum Haolono Imperatoris fratre ad terram ſanctam expugnan-

gnandam proficiſcerentur, delecti ſunt. Itaque Haolonus & Rex Armeniæ tam diu iter ſimul fecêre, donec ad ingentem fluuium nomine Phyſon peruenirent. Haolonus quidem ſuo cum milite, cuius ingens erat numerus, per diuerſas profectus prouincias, & priuſquam ſex menſes effluerent, vniuerſam Perſiam peragrando, ſibi ſubiecit. Et hoc ſine omni labore & moleſtia; etenim tunc temporis rege ſuo deſtituta fuit: Et ſic Haolonus omnes regiones vſque ad Aſſaſiī terminos in poteſtatem redegit. Sunt autem Aſſaſij, populi ſimpliciter, ſine omni Deo & religione, in tantum, vt ſolummodò ad placitum ſuperiorum viuant. Princeps autem eorũ ſex Montium dominum ſeſe vocitat. Qui ſi quem ſubditorum mortem ſubire iubet, è veſtigio vel ſibi ipſimet manus violentas afferunt, vel alterius voluntati, vt neci dentur, aſſenſum præbent. Habuerũt Aſſaſij caſtrum quoddam, TYGADO dictum, adeò præmunitum; vt nulla abs parte expugnationem metuerent. Præcepit ergo Haolonus cuidam ex Capitaneis ſuis, vt acceptis decem millibus Tartarorum, eis, qui in Perſia cùm ſubigeretur, relicti erant, ad dictam munitionem militem duceret, & nullatenus donec eam *Aſſaſij.*

expugnaret, ab ea diſcederet. Itaq; imperata Tartari facientes, ad dictum locum perrexerunt; quem obſidione cingentes, continuis viginti & ſeptem annis bruma pariter & æſtate oppugnabant. Tandem Aſſaſij nō quod penuria ciborum, ſed veſtium laborabant ſeſe dedidêre. Dum hæc agerentur, quando nempè Haolonus in regno Perſarum paci & Reip. inſtaurādæ ſtuderet, & in expugnandis munitionibus Aſſaſiorum operam daret, Rex Armeniæ ab eo veniā diſcedendi, vt ad ſuos remearet, à quibus iam diu abſuerat, petijt. facilè facultatem abeundi in primis tamen multis affectus donis, impetrauit, & penes hoc Bayloni, qui in Turquia habitabat, vt Regem Haytonem ad ſui regni limites tutò deduceret, in mandatis dedit. Quod Baylo ſumma diligētia curauit, & ita poſt dimidij anni ſpatium, Rex Hayto, intra proprios ſui imperij limites, ſaluus & incolumis, quod gratia diuina factum eſt, cum gaudio ſeſe recepit.

QVO

QVOMODO HAOLONVS CALYPHAM SARACENOrum prophetam euerterit, & coniunx Haoloni quæ fuerit.

CAPVT VI.

QVoniam antea Calyphę Saracenorũ Prophetæ, mentio facta eſt, æquum cenſeo, vt paucis, quomodo diem obierit ſuum, aperiam; quod ita proſequar. Deditione facta acceptaque munitione, Tygado, Calypham, qui ibi vinculis detentus fuerat, vnà cum ſuo theſauro ad ſe Haolonus adducere imperat. Qui poſtquam adductus fuerat, Haolonus eum ita affatur: Affirmasne omnem hunc theſaurum, ad te pertinere? Pertinere reſpondit Calyphas. Iterùm dixit ei Haolonus. Quare habens tantum theſaurum, militem, qui te tueri, finesque tuos à Tartarorum incurſu arcere potuiſſet, non cõſcripſiſti? Rebar, inquit, mihi potiùs ſuperfuturas, quàm defuturas militum copias. Rurſus eum Haolonus alloquebatur, dicens. Qandoquidem habitus es omnium ſectarum Mahumeticarũ tantus magiſter, & ab

omni-

omnibus magnis honoratus præmijs, non alia ferculorum genera tibi, quàm theſaurus tuus pretioſus, quem vnicè dilexiſti, ſummaque diligentia adſeruaſti, in cibum præponetur. His dictis, exſemplò Calypham cuſtodiæ in quodam cubiculo tradi mandauit, eique vniones & aurum, vt vtriſque quantum liberet frueretur, propoſuit. Inhibuit etiam, vt neque cibi neque potus quippiam ei adminiſtraretur. Quod factum eſt. Itaque horribili mortis genere, è medio ſublatus eſt; poſt eum verò non amplius aliquis Calyphas Baldacus reperiebatur.

His omnibus confectis, acceptoque Baldaco, Haolonus in omnibus regionibus à ſe ſubiectis, Capitaneos & gubernatores ſuo pro arbitratu conſtituit, mandãs vnicuique, vt Chriſtianos benignè & comiter vbique locorum tractarent, omneſque munitiones inſuper eorum fidei concredidit. Quod autem Haolonus poſt ſuſceptum baptiſma, tam fortiter à Chriſtianorum partibus ſtaret, non erat hæc ſolùm ratio, quod primùm Chriſtianus effectus fuerat, ſed multò magis, quod à coniugis ſuæ DEVCOSCAROÆ dictæ, monitis ad hoc faciendum, impulſus fuerat, quæ è ſtemmate trium regum, quos ſtella

cum

cum donis Bethlehem duxit, vt Chriſtum recens natum adorarent, originem traxerat. Fuit ſanè hæc admodum pia, vereque Chriſtiana mulier: nam ſine intermiſſione licentiam petijt; vt Turcarum fana deſtruere, ac demoliri poſſet, vtque penitus è memoria hominum Mahumeti nomen tolleretur. Sed neque hæc fuit vna ex vltimis cauſis aſſiduitatis Haoloni; nempè, quod Haolonus penes ſe multo tempore Haytonem, Regem Armeniæ affinem ſuũ habuerit, qui eum non minus, quam Deucoſcaron coniunx omnem pietatem docuerat, in fide confirmârat, & vt in Turcas bellum moueret, inuitârat.

QVOMODO REX ARMENIAE, SOCER IMPERATORIS TARTARORUM factus ſit.

CAPVT VII.

THomas Bozius lib. 5 cap. 1. de ſignis Eccleſiæ Dei de Tartaris ita habet: Tartari ſunt in confinibus Polonici regni, & plurimas ſuperioribus ſæculis prouincias, in ſuam poteſtatem redegerunt in Aſia, domitis Mædis, Perſis, Parthis, &

aliјs finitimis nationibus, è patriјs ſedibus egreſſi. Horum nonnulli Reges, cum plurimis ſuorum, nomen Chriſto variјs temporibus dederunt. Inter alios CASSANVS quem vocant alio nomine MANGO: hic
ANNO 1298. cum ducentis millibus equitum an. 1298. Syriam cœpit. Ioanne Villanezo illorum temporum ſcriptore, & Haytone Armeni[illegible]tibus. Is Chriſto ſe adiunxit huiuſmodi occaſione. Imperabat hic Tartaris vniuerſis, nam rex eorum ſupremus fuerat: cùmque audiſſet Armeniæ Regi eſſe filiam pulcherrimam, petiјt illam ſibi in vxorem dari. Haud potuit pater potentiſſimi omnium Regis poſtulata negare. Adducta ad illum puella, breui concepit, ac peperit filium, cui facies erat adeò deformis, vt omninò monſtrum videretur. Habito ſuorum conſilio, Rex iudicauit non ex ſe, ſed ex adulterio prolem natam, ideoque matrem cum ſobole flammis adiudicauit: Inops conſilij & innocens vxor, ad Deum confugit, ſpaciumque ſibi dari rogauit, quo cõfeſſione ſacra, & communione Euchariſtiæ ſe communiret, editumque fœtum baptiſmo ablueret. Annuit Princeps, ipſoque præſente & populo vniuerſo, ſacris aquis eſt immerſus puer; Et ecce mirum dictu, protinus illius

effi-

effigies immutata, cunctiſque cernentibus ac demirantibus apparuit omnium venuſtiſſimus partus. Ea re obſtupefactus Caſſanus cum populo ferè vniuerſo, nomen Chriſto dedit.

Idem Thomas Bozius lib. 1. cap. 16. fermè ijſdem verbis hac de re ſcribit, & rurſus libro ſecundo capite ſecundo vbi & Haytonem nominat, & eius hanc fuiſſe filiam aſſerit. Fuit itaque Rex Armeniæ, ſocer Tartarorum Imperatoris, & affinis Haoloni fratris eiuſdem. De huius filia Gilbertus Genebrardus ita ſcriptum reliquit. Mirabili modo Mango Cham Tartarorum Imperator, vnā cum fratre Haolono & vniuerſa ſua progenie per filiam, ad veram religionem Regis Armenię perductus eſt. Poſtea verò Haolonus cum numeroſo milite contra Cathonem Melochmeſem, ad expugnandas Hieroſolymas, terram ſanctam ingreſſus, in cuius vexillo crucis Chriſti imago gerebatur.

QVOMODO SOLDAN AEGYPTIVS, REGEM Armeniæ in bello vicerit & vnum è filijs ceperit, alterum verò neci dederit.

CAPVT VIII.

FAuebat fortuna Bendeclar Soldano AEgypti, vt ſucceſſu temporis vniuerſam Armeniam ſpoliaret ac diriperet. Id verò tali modo euenit. Quodam tempore Rex Hayto cum ſuis in Tartariam proceſſit: reſciens hoc Soldan Armeniam inuadere in animum induxit. Quare mox Capitaneum ſuo loco ingenti cum exercitu ablegauit. Intellexère autem Regis Armeniæ filij, Saracenos approximare, cunctum è veſtigio populum virilis ſexus ex omnibus regni finibus, vt tali hoſti viriliter ſe opponerent, conuocauerunt. Sed vt varij ſunt bellorum euentus, tandem Armeniorum acies fractæ deuictęque fuêrè; filiorumque Regis alter captus, alter in bello interemptus. Tunc primùm Turcæ per Armeniam hinc inde excurrebant, depopulabantur agros, magnas prædas, cum ingenti Armeniæ nocumento ſecum

abdu

abducebant, omneſque ciuitates in plano ſitas funditus diripiebant. Ex illo tempore ſuccreuëre vires hoſtium; contra verô Regis Armeniæ decreuêre. Porrò Rex Hayto eò omnes ſuos dirigebat conatus, quomodo infideles extirpari penitus, vel ſaltem deuinci poſſent. Verùm hoc cùm intellexiſſet, mirum in modum triſtabatur, aſſiduè cogitans, qua ratione iniuriã in Saracenos vlciſceretur. Multoties igitur Abagam, qui filius Haoloni fuit, aliosque Tartaros, vt ad extirpandam ſectam Mahumeti, Chriſtianiſque in ſubſidium properarent, adhortabatur. Sed Abagamus ob quotidiana diſſidia, quæ cum ſuis conterminis habebat, ſeſe ſemper excuſauit. Cognoſcens ergo Hayto, ſe nullum habiturum auxilium à Tartaris, legatos ad Soldanum Ægypti petitum pacem mittit; quod ideo factum eſt, vt filiũ ſuum è carcere liberaret. Dedit petitioni ſuæ locum Soldan, ea tamen conditione, vt & ipſe ſuũ amicum dictum Sengolaſſcara, qui à Tartaris in vinculis tenebatur, liberum dimitteret, munitioneſque & oppidum Halape, quæ ſuo iuri tempore Haoloni ceſsêre, reſtitueret, & ita quoque velle ſe filium ſuum liberum pronunciare. Factum eſt igitur vt Soldan fi-

lium Regis dimitteret, qui viciſſim illius loco amicum prædictum libertate donauit. Adhæc tradidit & munitionem Temperac dictam, aliaſque duas, vt Soldan voluerat, ſuſtulit. Tali itaque modo filius Regis Armeniæ è carcere exemptus eſt. His omnibus ita geſtis Rex Hayto, qui 45. annis regnum gubernauerat, & Chriſtianis plurima beneficia præſtiterat, Regnum filio ſuo Domino Tyuoni, qui captus in Ægypto fuerat, reſignauit: ipſe verò Hayto mundo & omnibus eius vanitatibus abrenuncians, religionem ingreſſus eſt, qui poſtea dictus fuit Macharius. Nomen enim (vti in more Armenis poſitum eſt, quando vitam religioſam amplectuntur, nomina permutent) aliud ſortitus fuit. Poſtea verò breui temporis interuallo Rex Hayto feliciter in Domino obdormiuit, Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo.

QVID

QVID ALII AVCTORES DE VENERABILI HAYtone ſentiant.

CAPVT IX.

GIlbertus Genebrardus ſtrictim ita habet: Hayto, Rex Armeniæ, frequẽtes pugnas bellaque contra Turcas, Perſas, Malchum Sultanum, Calypham Babylonium, Melechdaron Sultanum AEgypti mouit, & 45 an. bellando inſignes victorias quinquies reportauit. Primo quidem Pamphilos, deinde Selefcios vicit, ter deniq; victoriam in Perſide, inſulaque Cypro obtinuit: tandem Præmonſtrat. Ordinis religionem in magna inſula Cypro ingreſſus eſt, vocatuſq; Macharius. An. verò Dñi 1270. fine beato quieuit. Huius Regis filius nomine Tyuo, poſt mortem parentis, regni ſuſcepit habenas. & cùm ab Emericone Luzicane AEgyptiorum Rege, Templariorumque magiſtro generali Virarello auxilium ſperaret, è veſtigio aciem contra Turcas direxit, caſtraq; metatus eſt.

Hayto Rex Armeniæ fit religioſus Ord. Præmõſtratenſis in Cypro.

De filia eiuſdem hoc memoriæ tradidit: Eiuſdem Regis Haytonis filia,

Tartarorum Imperatori, cui nomen Mãgo Cham erat, nupſit: per quam mirabiliter ad fidem Chriſtianam perductus, & vna cùm fratre Allono, aliàs Haolono ſacro baptiſmate tinctus eſt. Qui Haolon ingentem exercitum ducens, habenſque in vexillo crucis Chriſti imaginem, contra Saracenos mouit, ſibique Babyloniá, quæ aliàs Baldaco dicitur, ciuitatemque Edeſon, antea Rages cum regno Alepuntano, & Syriæ prouincijs ſubiecit, Soldanum etiam, qui Melechmeeſer vocabatur, regno ſuo, cum Antiochia anno Domini 1260 priuauit. Inſuper etiam regnũ Syriæ Hieroſolymasque (vt nonnulli prodidêre) ſibi ſubiecit; vel (vt aliorum fert opinio) cùm ob mortem fratris ſui Tartarorum Regis ad ſucceſſionem vocaretur, de integro ad capiendas Hieroſolymas ſeſe accinxit, in quo procinctu vitã cum morte commutauit. Ioachimus Camerarius, licet religioni Catholicæ non fuerit addictus, tamen & ipſe veritatem huius hiſtoriæ, quam è libris Armenorũ collegit, aſſerit; & de hoc venerabili Rege Haytone ſcriptum reliquit. Circa annum Domini 1249. quo Galliarum Rex Ludouicus cognomento ſanctus, mare traiecerat, (volebat enim Syriam cum alijs quibuſ-

Babylon alio nomine Baldac.

ANNO 1260.

ANNO 1249.

buſdam regionibus, quæ ſuperioribus tẽporib. ablatæ fuerãt debellare recipereq́;) eodem tempore Rex fuit in Armenia Hayto. Hic ingentem Tartarorum exercitum, de quo per vniuerſam Aſiam iam rumor increbruerãt, diligentius conſiderans, optimum fore ratus, ſi cum Mango Cham amicitiam aliquam, inire poſſet. Exiſtimabat enim ſe tali modo ab hoſtibus ſuis, vt à Soldano, Alepuntano & à pluribus alijs tutum fore & ſecurum. Fuit autem hic Armenius, verus religione Chriſtianus, qui poſt id tempus Synibaldum quendam ſui regni primarium in Schythiam ſeu Tartariam ad Imperatorem, qui Mango Cham dicebatur legatũ præmiſit, quem & ipſe anno ſequenti ſub ſecutus eſt: ſuaq́ue præſentia, non tantum vt in eius amicitiam reciperetur, effecit, verùm etiam vt Chriſto nomen vnà cum fratre Aolono ſiue Haolono daret, ſacriſq́ue vndis immergeretur, adhortationibus ſuis & conſilio aſſecutus eſt. Multa alia Regis Haytonis, eaq́ue præclara geſta, prædictus auctor commemorat, & tandem ita cócludit: Poſtquam hæc geſſiſſet, regale diadema filij ſui Tiuonis capiti impoſuit, eumq́ue in regem conſtitutum palam proclamare iuſſit; ipſe verò in mona-

ſterium ingreſſus, habitum ſuſcipiens, Macharius eſt appellatus. Accidêre hæc Regni ſui anno 45. circa annum verò 1275 fœliciter ad Dominum migrauit. Prius tamen, quam è vita decederet cunctos populos finitimis locis Chriſtianæ religioni adſcriptos, ſingulariter Abagami principis Tartarorum tutelæ commendauit.

ANNO 1275.

QVOMODO DICTI AVCTORES CONCILIANdi ſint.

CAPVT X.

EX his hiſtorijs colligimus, nonnullos auctores adſerere, Regem Tartarorum Mango Cham, ob miraculum, quod in partu Regis Haytonis filiæ acciderat, Deo nomen dediſſe, Chriſtianumque effectum eſſe, quorũ alter Thomas Bozius eſt, alter Gilbertus Genebrardus. Alij verò cõtra, Haytonis Regis monitis & ſuaſu fidei Chriſtianæ cultorem factum teſtantur: ex quibus haud poſtremus eſt alter Hayto, eiuſdem Regis conſanguineus: de quo nobis hic agendum. Ioachimus quoque Camerarius, licet in

fide nobiſcum non ſentiat, in hiſtoria tamen tradenda conuenit.

Vt autem hiſtoriæ huius veritas eluceſcat, ſciendum eſt hac in parte Haytonem iam commemoratum ſequi oportere, eam vel maximè ob cauſam, quod is ea omnia non ab alijs audiuerit, ſed omnibus his ipſemet interfuerit, oculiſque viderit, ſicut in libro ſuo (quem eo tempore edidit, quo Ordinis Præmonſtratenſis habitum in Inſula Cypro ſuſcepit) luculentiſſimè cap. 46. ita ſcribens teſtatur. Ego frater Hayto omnibus interfui, (hoc .n. in libro ſuo de bello & baptiſmate Tartarorum Regis ſuſcepto ſcripſit) qui iá dudum animum habitum clericalem ſuſcipiendi concepi, ſed ob multas difficultates, grauiſſimaque Regni Armenię negotia, illud ſine graui amicorum cunctorum cura & offenſione deponere nequiui, eos eiuſmodi periculis expoſitos relinquendo. Quare cùm primum mihi prępotens Deus commoditatem cóceſſit, vt poſſem regni Armeniæ faſces ponere, populumque Chriſtianũ pietate inſtructũ poſt ingentes meos labores, in pace & trá quillitate conſtitutũ relinquere, ita mox votum, quod iam ante longo temporę

Deo votum erat, reddere cupiebam. Itaq; à Rege Domino meo, alijſq; amicis meis, in eo campo in quo Deus contra hoſtes Chriſtianis victoriam largiri dignatus eſt veniam accepi, moxq́ue accinctus itineri, in Cyprum appuli, vbi in monaſterio habitu Præmonſtratenſis Ordinis ſum amictus: ea propter vt vni ſummoq́ue Deo in ſeruitiis diuinis, qui antea mundi luxui deditus fueram, ſtrenuè militarem. Facta ſunt hæc anno 1085.

ANNO 1085.

Vides ergo liquido conſtare, cui aſſenſum præbere debeas, & penes hoc etiam intelligere potes, eum certiora & magis ex fundamento, qui ſe interfuiſſe aſſerit, quã is, qui ea ſolummodo auditu perceperit, ſcribere potuiſſe. Quin etiam ipſemet Thomas Bozius licet vno in loco aliter ſentiat, tamen lib. 4. c. 2. ita habet. Tartari ſunt Ethnici, ex quibus complures Chriſtiani facti tunc, cùm eorum Rex, perſuadente Rege Armeniæ, Chriſto nomen dedit, magnumque Chriſtianis in bellis auxilium ferebat. Quod autem nonnulli (vt ipſe Thomas Bozius) per filiã Regis Haytonis, Tartarorum Regem effectum Chriſtianum dixerunt, eatenus intelligendum eſt, quatenus illa videlicet penes Regem fuerat adiumento tunc, cùm partus ipſius

deformis, per baptiſmum venuſtiſſimus effectus eſt. Vt vt eſt, ſuffecerit nobis, ſi ita Venerab. Haytonis vitam ob oculos ponamus, vt ſinguli magnitudinem diuinæ benedictionis & gratiæ ei conceſſam ad mirando cognoſcant: quæ mirum in modum in omnibus ſuis cœptis & operibus reſplendebat, vt quiuis hac eius vita cognita perſpiciet. Finem itaque hiſtoriæ facimus, rogantes Deum præpotentem, vt ille per merita huius quibus eum in hac vita clarum reddidit, ordinem hunc ſanctum, cui ſe ille deuouerat, illuſtrare, & nos, qui ſub eadem ordinis regula militamus, per obſeruationem eiuſdem ad cœleſtis vitæ gaudia ſublimare dignetur.

VITA

VITA VENERABILIS

HROZNATÆ,

TEPLENSIS ET CHOTIES-SOVIENSIS MONASTERIORVM IN BOHEMIA FVNDATORIS, A RE-

ligioſo Teplenſi, illius æquali conſcripta: vt patet ex cap. 8. & 12.

MAximam vim ineſſe exemplis virorum illuſtrium, ad vitam piè ſanctéq; inſtituendam, quotidiana docuit Experiẽtia, quorum accurata cõſideratione, animi ad pietatem, religionem, & omne virtutum genus rapiuntur, & quaſi ſigno dato, vitijs bellum perpetuum indicunt. Quocirca eum nõ poſtremum virtutis & vitę ſanctitatis Exemplar in venerabili Hroznata (cuius memoria in benedictione eſt) Teplenſis & Chotieſſouienſis Monaſteriorum fũdatore elucescat, de conuerſationis inſignibus, & vitæ meritis, nec non palma martyrij, cum qua fœliciter migrauit ad Dominum, quædam trademus, vt, tanquam gemmæ,

precioſæ nitorem ad aſpectum mentis humanæ proferamus: & non ſolùm ad illuminationem, ſed & exemplum Deo militantium, qui in domo Dei ambulant, cum ardore flagranti, lucernam ſuper cãdelabrum collocemus.

DE NOBILITATE ET INDVSTRIA EIVSDEM FVNdatoris.

CAPVT I.

REge PRZEMISS, qui & OTTOCARVS cognominatus fuit, Regnum Bohemiæ feliciter gubernante, inter alios regni magnates Hroznata de Principum claro genere oriundus in aula regis primum locum poſt regalem magnificentiam obtinebat. Qui generis prærogatiuam, virtutum & morum honeſtate perornans, conſilio & naturæ generoſitate præſtantior, magno ab omnibus colebatur affectu.

Sed & rerum affluentia & literarũ ſcientia præditus, prouida largitate egentiũ

inopiam, ſuis facultatibus ſubleuabat. Erat enim pius mœrentium conſolator, orphanorum pater, laborantium ſuſtentator, & ſub Chlamyde militari, propoſitum religionis abſcondens; Deo quæ Dei, deuotionis ſtudio Regi, quæ Regis, fide, & obſequio, & vnicuique, quæ ſua ſunt, ordinata claritate reddebat.

DE CONIVGIO.

CAPVT II.

HIcà primæua ætate in timore pariter, & amore, Deo inſeruiens, tandem annos attigit iuuentutis, & accepit vxorem nobilibus exortam natalibus, cum qua ſpe prolis procreandæ, aliquot annis permanſit, & poſtea Deo propitio filium elegantis formæ de coniuge ſuſcepit. Sicque optato potitus deſiderio, ſperabat poſſeſſionum ſuarum ſe adeptum hæredem. Sed non ſic Chriſtus præordinauerat, qui Hroznatæ ſolus hæres eſſe volebat quod & factum eſt, provt in ſequentibus plene patebit; Nam puer ille breui tempore defunctus eſt, mater verò cui idem iunctus erat filius, vnigeniti ſui orbata ſolatio, deflens & eiulans mortem nati, & ipſa in pace Chriſti quieuit.

DE

DE PROPOSITO CASTITATIS.

CAPVT II.

NEc longo poſt temporis interuallo Hroznata vir fortis animi, & conſtantis, ob mortem vxoris, & filij luctum, & mœrorem, habitum depoſuit, ſuumque iactans in Dominum cogitatum, ſagaciter diſquirebat, qualiter de tãtis rebus ſibi à Deo collatis, tam rationaliter ordinaret, vt conſpectui diuino placeret. Hæc apud ſe ſollicitè cogitans dictum Apoſt. mente reuoluit: *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* Sicq; in caſtitatis propoſito cõfirmatus, labentis mundi ſtatum, & breuitatem vitæ humanæ, ad cordis oculos reducebat, moxque mutatur in virum perfectum, ex intimis cordis penetralibus ſpem omnem quam habebat in ſæculo dereliquit: iam non vxorem, non honorem, nõ diuitias mundi quærens; ſoli Deo placere ſtudebat, ex illo grege fieri cupiens quem Dominus in Euangelio alloquitur, ita dicens: *Nolite timere puſillus grex, quoniam placuit patri veſtro tradere vobis regnũ*; & quia neſcit tarda molimina, S. Spiritus gratia, ꝙ corde, Dño inſpirãte concepit, id eodẽ cooperãte, ope ipſo intrepidè adimpleuit

DE VOTO CRVCIS ET ITINERE VERSVS ROMAM.

CAPVT IV.

FOElix igitur Hroznata, ſicut in temporalibus rebus gerendis, incõparabiliter extiterat ſtrenuus; ita poſt excelſi dexteræ mutationem, ſupra humanã æſtimationem, factus eſt Deo deuotus. Recolens enim veritatem Euang. lectionis, dicentis, *Niſi quis renunciauerit omnib. quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*, & alibi. *Qui non acceperit crucem ſu,ã & ſequatur me, non eſt dignus*, Crucis Dominicæ ſignaculo inſignitus & æſtuans interius amore Dominicæ Paſſionis, ad terram ſanctam Hieruſalem proficiſci anhelat, vt impleat Pſalmiſtæ verba dicentis, *Mihi aũt adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* In quo propoſito conſtanter perſeuerans, cumulatis expenſis, ſuiſq; ſequacib. comitatus, dulce ſolum patriȩ deſerens deſtinatum arripit iter? Verùm ad littus maris perductus, pelagi latitudinẽ, fluctuumque commotionem, & tranſitus difficultatẽ anxius ſuſpicatur, & quidquid ſuperſit agendum pauidus meditatur.

DE

DE APOSTOLORVM LIMINVM VISITATIONE.

CAPVT V.

TAndem animi deliberatione detentus, & timore, qui poterat cadere in conſtantem, perculſus, diuina prouidentia ſic diſponēte, mare deſeruit, voti tamē peregrinationis conſcius, & arbitrio diſcretionis cautus penitus & inſtructus, quod nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei, Romam diſpoſuit proficiſci. Apoſtolorum limina ſitibundo pectore deſiderans viſitare, & ſummi Pontificis conſilium ſuper ſui ſtatus & propoſiti qualitate anhelans deuotus audire. Profectus exinde, celeritate matura pacis ipſum Angelo præcedēte, promptus & alacer peruenit ad vrbem, vbi à Papa Cæleſtino, qui tum temporis nauem ſanctæ Eccleſiæ gubernabat, honorificè eſt ſuſceptus. Cui aduentus ſui cauſa expoſita, ſeriatim ſummi Pontificis inſtruitur conſilijs, & conſolationibus roboratur, ore ſuæ beatitudinis dicētis. Non eſt voti dicēdus trāſgreſſor, q quod vouit auctoritate ſedis Apoſt. diſtulerit adimplere. Nec fracti voti aliquatenus reus habe- *Celeſtinus Papa.*

tur, qui temporale obſequium, ad diuinũ cultum perpetuum noſcitur commutare ex ſuperioris diſpenſatione prouida. Ex cauſa enim probabili decreuimus, quod recompenſatio voti ſit melior, quàm peregrinatio in hac parte, & Deo magis accepta. De plenitudine itaq; poteſtatis pro voto Hieroſolymitano, tecum, fili chariſſime, diſpenſamus, vt ad honorem glorioſæ Virginis Matris Chriſti, fũdes clauſtrum ſub obſeruantia Præmonſtratenſis Ordinis regulari, & dotes abundè, quod plurimis idoneis laudis diuinæ præconibus, & miniſtris ſibi congruentibus adornatum, mœrentium, & plangentiũ, propter crucis Chriſti meritum, fiat remediũ ſingulare.

DE DONARIIS PAPAE ET CARDINALIBVS ET reditu in Bohemiam.

CAPVT VI.

HRoznata vir inclytus, alacri animo & conſtanti, ſummi Pontificis verba ingenti maturitate prolata, pectore hauriens ſitibundo, ad pedes præſidentis

humi proſternitur, & lachrymans deuotione ſincera & humili gratias agit, quod fluctuantis animi manſuetudine reſponſionis paternæ refectus, conſcientiæ ſecuritate lætetur, & tantò feruentius propoſito ſibi conſilio ſalutari annuit gratulando, quantò copioſius illud idem poterat, & ſperabat ſe poſſe perducere ad effectũ, maximè cum illis temporibus, nobilitate generis, diuitiarum affluentia, Bohemos præcelleret vniuerſos. Datis itaque muneribus ſummo Pontifici, & Dominis Cardinalibus, benedictione accepta, vrbem reliquit, & voti commutatione ſalutifera recreatus, in Bohemiam proficiſcitur hilaris & iucundus.

DE CONFIRMATIONE REGALI.

CAPVT VII.

PRoſperatus in itinere venit in Bohemiam, patriam ſuæ natiuitatis optatam; vbi corpori laboribus in itinere fatigato, aliquantula quiete indulta, locum amœnum quærit & aptum, in quo ad laudem Dei & honorem Virginis glorioſæ, fundamenta, clauſtri primordia, iaciãtur,

& inuento loco, in quo nunc monaſterij altitudo conſurgit, corruens in terram ſic ait. Qui de Virgine naſci dignatus es; præpara in hoc loco habitationem ſeruitijs aptam. Et ſurgens ab oratione ligone arrepto, profundius ſulcat, & aliquot cophinos terra onuſtos, de fundamento primus in humeris ſuis portat, nomenque cœnobio indidit Tepla, à ciuitate vicina, quæ ab incolis vulgariter, Tepla vocatur. Eſt autem clauſtrum fundatum, in optimo ſolo terræ, nam ſitus loci aliquantulũ eſt ſublimis, ab vno latere cinctus ſiluis & pratis, varietate florum vndiq; purpuratus, fluentibus in medio aquis irriguis & piſcoſis, agentibusq; circulares ambitus, molendinorũ commoditate opportunus, ſanus præterea, & religioni admodum cõueniens, locus inquam gratia diuina perfuſus, in quo Domino militantes, de bonis fiunt meliores, & de melioribus, optimi, de virtute in virtutem gradatim proficientes, prout per affectum clariùs luce liquet. Nam religione creſcente, licet plãtatio ſit nouella, inter alias tamen profeſſiones, religionis eiuſdem, in ædificiorum ſtructuris, prędijs & redditibus, Deo incrementum pręſtante, proſperatur, & creſcit. Vt taceã de monaſterio S. Mariæ Virginis

Tepla monaſterium fundatur.

Matris

Matris Chriſti Patronæ ipſius, q͛n altum erectum quam inexpugnabili opere ſtructuræ, muris etiã validis & excelſis, colũnis ſublimibus, teſtudinis firmitudine, & pulchritudine fulciatur, ornatu interius rutilans, campanarum ſonore præcellens, vt nihil ſupra per omnem regionem illã, vel fuiſſe vel futurum eſſe celebri ſermone feratur. Et quia hactenus ſummo omniũ rerum auctori minimè placuit vt adhuc amplius & dignius, reſplenderet, quã plurimis tamen Deo pſallentibus præconibus, & miniſtris ſibi competentibus, ſub Regula S. Auguſtini Ord. Præmonſt. laudabiliter conuerſantibus ad ornatum perpetuò claret.

DE DEDICATIONE EIVSDEM.

CAPVT VIII.

En fratres qui aures intenditis ad librũ, & corda ſurſum habetis ad Deũ, quos Mater miſericordiæ in miniſtros, imò potius ſibi in filios adoptauit, audite audientes me, & collaudate veſtram vnanimiter aduocatam. Etenim quando Teplenſis Eccleſia à venerabili Patre, Domino Ioanne fœlicis recordationis ſanctæ Pragenſis Eccleſiæ Epiſcopo menſe

Auguſto dedicabatur, nobis admirãdum & poſteris apprimè recolendum ſignũ in cœlo diuinitus eſt oſtenſum. Nam ſuper ipſum Monaſterium Matris Chriſti, ſtella lucidiſſima fixa ſtetit, videntibus & admirantibus, qui aderant, vniuerſis, eo præcipuè tempore, quo ſol feruentior & aër ſerenior eſſe ſolet, quæ tamdiu lucis ſuæ radios miniſtrauit non ſolũ ad conſummationem dedicationis Eccleſiæ, verumetiã dedicatione completa per totam diem humanis obtutibus viſibilem ſe oſtendit, donec nocte ſecuta inter alia cœleſtia radiaret lumina. Quid inquã Fratres? quid per ſtellam ſignificari credimus, niſi diuinam gratiam, quæ ſuæ Genitricis precibus nos præuenit, & ſequitur. Poſſumus etiam per ſtellam intelligere Matrem Domini quæ ſeruos ſuos, in huius maris amaritudine laborantes, in viam pacis dirigit & deducit ad portum, vos inquã ſpeciales ſeruos ſuos, qui in clauſtro Teplenſi, vbi illa ſtella apparuit, ſpiritualem ſub Regulari diſciplina militiam exercetis. Perſeuerate igitur viriliter dimicantes, & accipietis regnum æternum.

DE

DE FVNDATIONE CHOTIESSOVV ET præſagio.

CAPVT IX.

EOdem temporis curriculo, clauſtrũ Chotieſſovv in laudem Dei & honorem S. VVenceſlai Ducis & martyris, ac Patroni Bohemiæ fundauit, & dotauit abundè, rebuſque vtenſilibus adornauit, & conuentum ſanctimonialium ſub eadem Regula Domino famulantium inſtituit, in quo etiam Domina VVoyzlaua, ſoror ſua germana viro ſuo Cracouienſis vrbis Præfecto orbata, ſub obſeruantia caſtimoniæ viduitatis in ſanctæ conuerſationis ſtudio perſeuerans, in cõpetẽti ſibi habitu quem viduæ huiuſmodi deſueuerunt deferre, in congregatione ſororum Aduocatæ gerens ſeu Patronæ officium, annis pluribus ſuperuixit, ad extremum in pace Chriſti quieuit, cuius corpus ibidem in medio monaſterio eſt honorificè tumulatum.

DE ITINERE AD SVMMVM PONTIFICEM ET HABITV ab eodem ſuſcepto.

CAPVT X.

ÆDificatis & dotatis clauſtris prædictis, Romam reuertitur iteratò. Deinde expetens colloquium ſummi Pontificis, exponit reuerenter eidem de prædictorum clauſtrorum ædificatione, & prouiſione, petens humiliter & deuotè recipi eadem cum ſuis pertinentijs in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſpecialem. Poſtulat etiam, vt de conſueta Sedis Apoſtolicæ gratia, vſus Pontificalis Infulæ Abbatibus loci eiuſdem pro tempore ſuccedentibus concedatur. Verum ſummus Pontifex fiduciam poſtulantis, ipſiuſque attendens conſtantiam, conſiderans etiam deuotionis ipſius feruorem, in duorum clauſtrorum immenſæ liberalitatis munificentia declaratum, preces interpellantis admittit, & tribuit poſtulata, receptis omnibus ſupradictis in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſpecialẽ; & vt in Bohemia cunctis eiuſdem ordinis Eccleſijs celſior videretur Teplenſis Eccleſia, priuilegijs Apoſtolicis muniuit eandẽ, militis mores & in-

duſtriam laudibus attollendo. Nec mora, vir ſtrenuus Hroznata, tanta fauoris gratia à ſede Apoſtolica ſentiens ſe præuentũ, vt Deo ſe benè meritum exhiberet, & vt non in parte, ſed in toto diuino cõſpectui hoſtiam ſe offerret, habitũ Præmõſt. Ord. de manu Pontificis dari ſibi petijt, quem etiã ibidem aſſumpſit. Igitur veſtibus profeſſionis indutus, & benedictionibus Apoſtolici culminis iocũdatus, pedes Domini Papæ deoſculans & amplectẽs, agit gratias pro beneficijs vniuerſis: & licentiatus ibidem exit ad ſuos proceres, de milite frater factus, quem proceres præ foribus expectabant. Milites mutatum habitũ domini graui animo intuentes, & adeò repentinã mutationem ipſius ſtupentes, lacrymas multiplicant & dolores. Vox vna plãgentiũ. Cur nos pater deſeris? cur nobis vitam adimis? nũ viuere amodò poterimus, vnico poſt Deũ ſolatio deſtituti? Certè meli⁹ fuiſſet in natali patria peremptis gladio, quàm in terra aliena orbari Patrono. Vt quid de domibus parentum eductos orphanos reliquiſti? At ille inter plangentes amictũ & vultũ Angelicum repræſentans, conuerſus ad ſuos ſic ait. Deſiſtite torrentem fundere lacrymarum, quaſi hæc mutatio à diuina non prodeat voluntate:

Hroznata ſuſcipit habitum ordinis Præmonſtratenſis.

cùm

cùm ſcriptum ſit: *ſine me nihil poteſtis facere*; ſed potius Dominum in ſuis operibus magnificate, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. Inter verba huiuſmodi ad hoſpitium, in quo morabantur, pariter peruenerunt; vbi omnibus caritatem Fratris Hroznatæ volentibus experiri, cibi & potus abundantia, hilariter adminiſtrabatur, adeò quòd ex eo hoſpitalitas ipſius quotidie augebatur. Proſperè itaque ſecundum vota rebus omnibus ſuccedentibus, nouus tyro militantis Eccleſiæ ab vrbe rediens, ad propria remeauit. Itaque cùm ſe in Bohemiam recepiſſet, percunctatus in qua parte terræ Przmiſs inclytus Rex maneret, iter ſuum ad ipſum diuertit, & eius aſpectui in nouo habitu ſe præſentauit. Rex verò Przemiſs, ex innatæ generoſitatis manſuetudine, ſurgit de ſolio ſuo, fratremque Hroznatam ad oſculum recipit, ipſoque à dextris ſuis locato, de rumoribus & modo conuerſionis ſuæ diligenter inquirit. Porrò Frater Hroznata, poſt diuerſos hinc inde tractatos habitos, flexis genibus coram Rege, Regiæ clementiæ preces offert, vt ea quæ Domino inſpirante, auctoritate ſedis Apoſtolicę, cura vouentis, ſunt conſummata, Regalis auctoritas gratificare dignetur

& eadem ſuis priuilegijs confirmare. Surgunt adhæc præſentes vniuerſi regni magnates, & vnà cum fratre Hroznata ad pedes Regalis magnificentiæ procidentes, pro ipſo ſupplicant, cum ipſo acclamantes, hoc ipſum Regem facturum, quod ſuadet pietas, & dictat honeſtas. Annuit Regalis munificentia petentibus, & petitis, & vniuerſis bonis prædictorum piorum locorum, in ſpiritualem protectionem receptis, ea ſuæ ſublimitatis priuilegijs roborauit. Agunt omnes ingẽtes gratiarum actiones Regi, & Fr. Horznatam, magno venerantur affectu; bonorum omnium auctorem Deum, vnanimiter glorificantes, qui ſeruos ſuos & in terra mirificat, & in cœlo gloriosè coronat.

DE REDITV AD PROPRIA.

CAPVT XI.

VIR Deo deuotus, Frater Hroznata, voti compos, gratia Regali præuẽtus, inde venia petita abſcedit, conducentibus ipſum maioribus regni, ad locum, in quo eum turba ſuorum equitum exſpectabat, & optantibus illi proſperum re-

rum

rum omnium ſucceſſum. Quibus gratia referens equũ aſcendit, & itinerando proceſſit. Deinde paululum progrediens, manus ad cœlum extendit, laudans clementiam ..uatoris, quod in omnibus ſuis actibus miſericorditer ſibi dignatus eſt adeſſe, proinde orauit diutius cum lacrymis vt Deus quod bonum opus incepit perducere ad finem dignetur. Et ita ad ſuũ patrimonium ſe recepit, excipientibus eũ cognatis, & amicis & habitum ſuum mirantibus, omnibuſque præ gaudio flentibus, quod receperant eum ſanum. Itaque in clauſtro ſuo Teplenſi cum iocunditate receptus in eodem Deo obſequebatur, & prælato ſub obedientia Regulari. Præter hæc & alia opera, Deo placentia, quia neſcit tarda molimina S. Spiritus gratia, imperante Ioanne Teplenſi Abbate, in virtute ſanctæ obedientiæ, licet inuitus & renitens, prædictorum clauſtrorum præpoſitus, & adminiſtrator effectus, in ſuo ſtrenuè officio inuigilabat, humilitatis exemplo, obedientiæ promptitudine, patientiæ ſtudio, intuentibus admirabilem, & imitabilem ſe præbendo. Tandem inimico humani generis, qui bonis actibus inuidet, diſcordia ſeminante, à prædicto Abbate, afficitur iniurijs, & contumelijs laceſſi-

ceſſitur adeò quòd perſecutioni patientię ſcutum opponens, priuſquam contra bonum obedientiæ aliquid attentaret, maluerit ad tempus irę cędere,&clauſtri męnia declinare,(habitum nihilominus retinens,& à Regulari non exorbitans diſciplina)donec amicorum copia, & cognatorum ſuorum potentia, Abbatis prædicti tumida compeſceretur præſumptio. Poſtea ad clauſtrum honorificè reuocatus eſt,& receptus à fratribus cum iubilo.

QVALIA MIRACVLA IN VITA ET IN MORTE Hroznatæ contigerunt.

CAPVT XII.

NVnc ad huius fortis athletæ victoriam, vitæ curſum, & finem ſimulque miracula, quæ Deus magnificè eſt operatus, in vita & morte per ipſum, ſtilum vertamus, vt nihil noſtræ deſit narrationi per quod & Dei magnalia prædicentur,& ſui electi Hroznatę merita congruis laudibus extollantur.

Domina VVoyzlaua, de qua ſuperius tractauimus, adhuc viuente & referente, I.

aliȷſque fide dignis aſſerentibus, talia ſu
audita, quæ aſſertione veridica in med
proferemus. Et primò quidem de hui
egreſſu ex vtero matris ſuę, qui abortiu
& exanimis in lucem editus fuit. Vnde g
nitrice ſua partum mortuum abhorren
& vt à facie ipſius quantociùs ſepelienc
portaretur, provt præ debilitate pote
obſtetrix, quæ Dominæ parturienti o
ſequebatur, infantem mortuum tenen
in brachiȷs, ad Dominam ſuam vocem e
tollit, iterum & iterum acclamando: A
cipe Domina infantem ad manus; & off
eum B. Mariæ & Matri Chriſti, per cui
partum illuminatus, & viuificatus eſt m
dus. Et cùm mulier fide plena, hæc & h
ſimilia Dominæ ſuæ ſæpiùs replicaſſ
tandem illa ſtudio interpellantis qu
coacta, corpus pueri exanime, tremens
ſtupens, accipit inter manus, flexiſque g
nibus & ad lacrymas reſoluta, oculis
manibus ad cœlum erectis, deuoto co
dis affectu orauit dicens: DOMINE IE
CHRISTE, q̃ pro ſalute generis humani
virgine carnem aſſumere & mori dignat
es, vt mundum æterna morte damnatu
viuificares, viuifica quæſo hunc infante
exanimem ad honorem glorioſæ Virg
nis matris tuæ, cui ipſum offero, & ad la

de

dem maieſtatis tuæ, qui es benedictus in ſæcula. Mira res & ſtupenda, ad hanc vocem corpuſculum, paulò antè frigidum & rigidum, calidum & molle paullatim efficitur, & conſequenter anima ibidem infuſa diuinitus, puer oculos aperit, & more infantium vagientium vocem emittit. Ad vocem pueri mater ſtupet, & gaudet, & mutationem excelſi dexteræ admiratur, porrigenſque puerum obſtetrici, humi proſtrata cum lacrymis, & intimis ſuſpirijs, humiliter gratias agit Deo, Matremque miſericordiæ, dignis laudum præconijs benedicit, quæ non deſerit in ſe ſperantes, & cuius filius eſt vita, & reſurrectio mortuorum.

Grande & aliud miraculum libet huic operi inſerere, cui & pietas conſentire, & veritas ſuadet firmiter credere. Etenim quodam tempore mater Hroznatæ, cum filia ſua VVoyzlaua, ferebatur in curru, filium fouens in ſinu, quem cum VVoyzlauę ſorori porrigeret tenendum, incauta manus puellæ puerum cadere permiſit in terram, vbi rotis in tenera ipſius carne ſe voluētibus, ex tanto periculo ſaluus tamen & illæſus euaſit, matre & ſorore ſua, vna cum præſentibus, laudē liberatori Chriſto Dño conclamantibus. II.

III. Inter alia virtutum, & miraculorũ inſignia, accidit & hoc ingens ſignum. Nam Cracouię, vbi S. Staniſlaus Martyr & Epiſcopus, ſignis & miraculis noſtris tẽporib. coruſcat inſignis, ſoror Hrožnatæ vrbis eiuſdem Prefecto quondam matrimoniali copula iuncta fuit: vbi Hrožnata ſororẽ ſequutus factus iã bonæ indolis adoleſcẽs cum ſuis coætaneis ſuper fluuium Viſtulã ludens, abſorbetur ab vnda, in qua ab hora diei tertia, donec adueſperaſceret, iam quaſi mortuus occultatur. Tandẽ vbi ad ſororem ipſi⁹ huiuſmodi fama perlata eſt, ea tanquã extra ſe rapta & ſubito curſu ſola contenta tunica, de fratris vita anxia, cucurrit ad flumẽ, & loco, vbi merſus fuerat adoleſcens, ſibi oſtenſo, diuerſis piſcãtium inſtrumentis, vt ſaltem extrahatur mortuus, præcipit attentari. Quib. in caſſum laborantibus iuuenes aderant, peritiam natandi habentes: hi veſtibus à ſe reiectis, ad ima gurgitis natando deſcendũt & ecce vnus ex illis Hrožnatam capillo capitis ſecum trahens de aqua, ante dominã rei euentum ſpectantem, poſuit ſuper ripam. Quantum tripudium ſoror de fratre vnico rediuiuo habuerit illa vice, ille diſcutiat, cui caſus ſimilis accidiſſet. Sciſcitãte aũt domina, poſt luctus depoſitionem

de caſu, & quomodo tanto tempore ſub aqua vixiſſet, reſpondit, quòd videbatur ei quædã dña mirę pulchritudinis, forma prædita virginali, ſuper verticẽ ipſius interim, quãdiu erat in aqua, cõtinuò tenuiſſe, quæ nõ ſinebat ipſum vndis inuolui: q̃, ſicut ei videbatur, Matrem gratiæ, & Reginam miſericordiæ, mediatricem Dei & hominum eſſe credebat. Hinc ad honorem Virginis, carmina iocunditatis & lætitiæ perſonabantur, & exinde Hroznata concepit in animo, B. Virg. liberatrici ſuę, præſtare obſequium: quod poſtea ſe & ſua omnia eidem tradens, deuotus impleuit.

DE PRAESAGIO ET MORTE HROZNATAE.

CAPVT XIII.

PRocedente tempore, defuncto marito VVoyzlauę, ipſa in viduitate permanſit, & ſicut in præcedentibus dictum eſt, ad bona fraterna in Chotieſſovv ſe recepit, reuoluens in animo quot & quanta mirabilia in fratre ſuo Hroznata diuina ſit gratia operata; cupiens ſibi iungi præſentia corporali, omni tempore vitæ & mortis. Quæ dum in Chotieſſovv, in habitu viduali iugiter Domino ſeruiẽs diutius permanſiſſet, contigit fratrem ſuum

Hroznatam ibidem graui decumbere in-
firmitate, vbi cùm VVoyzlauæ, & ſororũ
ſuarum inibi manentiũ conſolaretur prę-
ſentia & affatu, res digna miraculo accidit
quæ fuit præſagium futurorum. Nam idẽ
quaſi poſitus in extaſi, alta voce clamauit:
En capior, & ab hoſtibus captus ducor. So-
roribus ad hæc verba ſtupentib. & reſpõ-
dentibus nulli ipſum captiuitati eſſe ob-
noxium, ſed in domo ſua, diuina volun-
tate, infirmitate iacere depreſſum, accidit
quod dixit in ſpiritu prophetię. Nam non
multo pòſt decurſo tempore, redditus ſa-
nitati, ipſo die Aſcenſionis Dominicæ, pu-
rè confeſſus & verè contritus, Fratres ſolli-
citat, vt cantent fortiter. & vt orent pro i-
pſo: & ſic cum deuotionis & humilitatis
ſtudio, de ſacro altari corpus & ſanguinẽ
Domini profuſis lacrymis ſumit reueren-
ter, in tantum gratia compunctionis præ-
uentus, quaſi iam deberet ſpiritum exha-
lare, & benedictione ab Abbate & Con-
uentu accepta, proficiſcitur in Hroznetin,
ad bona Eccleſiæ viſitanda. Hìc à quibuſ-
dã ſuis æmulis de Egrenſi prouincia (quos
ideò, quia contra ipſorum impetus prędia
clauſtrorum ſuorum viriliter defendebat
inimicos habebat) ipſum explorantib. ibi
eſſe, capitur, & tractus carceri mancipatur,

fame

fame, ſiti, frigore, & diuerſis pœnarũ aſperitatibus, extorquendæ ab ipſo pecuniæ cauſa cruciatur. At ille omnia pro nomine Dñi ſuſtinens patienter, inter tormẽta ſecurus, ſine intermiſſione orabat, quatenus ipsũ ad ſe cũ palma martyrij euocare dignaretur. Porrò Abbas & fratres clauſtri Teplẽſis, cõſolatione patris, & ſui Patroni orbati, inter ſuſpiria, lacrymas, & dolores, pecunia pro facultatibus ſuis congregata, eandem pro redemptione ipſius effundere ſunt parati. At ille ſitiẽs pro dulciſſimo IESV fundere dulcem vitam, potius elegit morte conſumi, quam cum nouellarum plantationũ redimi detrimẽto. Vnde Abbatem & fratres, in virtute Dei conteſtatur, & prohibet ne pro vita ipſius redimẽda vel denarius vnus detur: quin imò cupiens diſſolui, & eſſe cũ Chriſto, rogat ne martyrium ipſius impediatur. Et ſic benè meritus miles, pro Rege ſuo agonizans ad mortem ingreditur, cum palma Martyrij in cœli aula cum Chriſto perenniter regnaturus.

Perempto itaq; fortiſſimo Chriſti milite, & confeſſore Hroznata, ô quantus luctus hominum, quanta præcipuè lamẽta Teplenſium, Filijs Patrẽ, Fratribus fratrẽ, monaſterijs deflentib. fundatorem, cũ ſin- *Hroznata moritur.*

gultibus & ſuſpirijs dicentibus vniuerſis: O pie Pater Hroznata quis humilior? quis te religioſior? quis obedientior? Nonne tu quandoq; ab Abbate Ioanne, quem nobis præfeceras, contradictionem & perſecutionem patienter tuliſti? Nõne affectus iniurijs, & cõtumelijs ab eodẽ fuiſti, & nũquam tamen patientiã perdidiſti? Quis vnquam iſta audit? Quis vidit talia? Fũdator & clauſtrorum dotator, hæres Dñs & Patronus, tantum nobis exemplũ patientiæ reliquiſti? Beata anima quæ agonem certaminis glorioſi, vſq; ad cumulum victoriæ perduxiſti. Nam cùm vita ſit omnium rerum cariſsima, & pretioſiſſima, maiorẽ caritatem habere non potuiſti, quam vt animam tuam pro Chriſto, Fratribus, & amicis poneres? In patientia tua, tuam animam poſſediſti. Et certè ſine effuſione ſanguinis, aduerſa fortiter tolerãdo, Martyr fieri potuiſti: ſed ne aliquid tibi ad aſſequendam glorioſam coronam deeſſet, bonus paſtor animam tuam pro ouibus poſuiſti His & alijs modis intrinſecos cordis & doloris aculeos geſtibus extrinſecus oſtendentes, vnanimi voce dicunt. Feſtinemus ad ſinum matris deferre corpus cariſſimi, & beatiſſimi patris noſtri: ſicq; dato pro ipſius corpore certo

pre-

pretio, qui viuus redimi noluit, mortuus eſt redemptus. Extractū de ſqualore carceris, exanime corpus ad lucem, circūſpicitur diligēter, & inuenitur in omnib. artub. incorruptū, veſtitū habitu profeſſionis aſſumptę, tanquam ſi viueret, & zona præcinctum ad lumbos: quod poſitum in feretro, ad clauſtrum Teplenſe cū reuerentia eſt delatum; vbi ſuſceptum honorificè funeris de more celebratis exequijs, antę maius altare ſepultū, in ppetua beati corporis veneratione quieſcit. Placuit nō incōgruè de venerab. huius Patris virtutum miraculis, q̃ maiorū noſtrorū veridica relatione memoriæ ſunt prodita, ſuccincta narratione pſtringere. Nā eadē nocte qua Dn̄o ipſum ad ſe vocante, deceſſit, famulo ſuo, q vinctus cathenis ferreis in carcere tenebatur, in amictu adeo candido apparuit, vt carcer ex eo immēſo lumine reſplē duerit, vincto ſtupēte, & ſu p claritate vultus ſui, admirāte. Ad quē vir Dei: Surge velociter, & vade ad fratres meos Teplenſes & annuncia eis, ne amodò ſint ſolliciti de mea redemptione, quia iam de hac vita in confeſſione Chriſti migraui, & vt corpus meū hinc ad clauſtrū delatū, ibidē mādēt Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Hæc & his ſimilia viro Dei dicente, vincula omnia

Sepelitur in in Teplenſi monaſterio.

famuli, quaſi manu artificis, illicò sũt ſoluta. Qui ſurgens & ſtans ſuper pedes ſuos, ad dominũ ſuum dixit. Ecce faciam ſicut præcepiſti mihi: ſed quomodo carcerem clauſum egrediar, adhibitis vndique cuſtodibus, & vigilibus cuſtodias noctis obſeruantib. At ille, qui B. Petrũ à vinculis ſolutum abire fecit illæſum, ille te in viã pacis ad clauſtrũ ducet. Et his dictis diſparuit homo Dei. Porrò famulus æſtimans ſe viſum videre, reuoluebat in mẽte, quidnam eſſet facturus. Et tandem ad ſe reuerſus, impreſſo ſibi ſignaculo S. Crucis de altiſſima turri per feneſtram ſe ſubmiſit ad ima, qui in ipſo caſu quaſi portantium vectus manibus illæſus euaſit, gratias agens Deo, qui eundem eripuit de tribulationibus, & cuſtodiuit illæſum. A carceris itaq; dira cuſtodia famulus ſic ereptus, ſurgit ocyus, & arrepto itinere, feſtinanter venit ad clauſtrum; vbi Abbati & Fratrib. in vnũ conuenientib. narrauit per ordinem vniuerſa, quæ acciderant, & qualiter apparitione Fratris Hroznatæ in carcere, à vinculis fuerat abſolutus. Fecit & aliud ſignũ
II. inſigne vir Dei, iam in tumulo requieſcẽs. Etenim lampades vitreę, inter maius altare, & ſepulchrũ ipſius eminus plenæ oleo dependentes, ceciderunt in terram, & ad

pauI-

pauimentum lapide ſtratum alliſæ, abſq; fractionis detrimento integræ remanſerunt. Talia quidem plurima, fide non refragãte narrari & cõmemorari poſſent, ſi promiſſi compendij ſtudia non arcerẽt; vt viuere credatur in cœlis, qui tot miraculorum inſignibus coruſcat in terris. Huius igitur venerab. Patris, Fratres, ſic annuam recolamus memoriam, vt fiat nobis eius imitatione continua: ſic eius meritis gratulemur, vt in præſenti ſæculo neceſſarijs non deſtituamur auxilijs, & in futuro ſempiternis perfruamur gaudijs, per gratiam Domini noſtri IESV CHRISTI, qui cum Patre & Spiritu S. viuit & regnat Deus, in ſæcula ſæculorum.

Amen.

EX HISTORIA MARTYRVM GORCOMIENSIVM IN HOLLANDIA,

Auctore

GVILHELMO ESTIO S. THEOLOGIAE DOCTORE ET ACAD. DVACENSIS CANCELLARIO.

DE DVOBVS FRATRIBVS PRAEMONSTRATENSIS ORdinis Adriano Hiluaribecano, & Iacobo Lacopio.

CAP. 38. LIB. 3.

Adrianus Hiluaribecanus.

ADRIANVS ab Hiluarenbeca, quod Campaniæ Brabantorum celebre municipium eſt, vt primum per ætatem licuit, Dei ſeruitio, iuxta ſanctũ inſtitutum Ord. Præmonſt. apud Middelburgum Zelandiæ ſeſe nuncupauit; puta ſub annũ Domini 1547. quippè moriens

annum

annum ætatis 40. non exceſſit. Fuit autem vir quietus, modeſtus, pacificus; omnibus carus, atq; omninò vitæ ꝓbatiſſimę. Qui annos continuos 25. cùm in monaſterio exegiſſet, anno demũ 1572. ſub feſtum paſchę, Monaſteriũ (qui vicus eſt in extremis Hollandię finibus, vbi Moſa in Oceanum influit, ſitus; ac vulgò *Munſter* dictus) adminiſtraturus eius loci parochiam, quòd illis Rector eiuſdem inſtituti atque cœnobij monachus (cui etiam Adriano nomen fuerat) paulò ante in viuis eſſe deſijſſet. Quamuis autem & locus hæreſi infectus erat, & proinde multò plus laboris atque inuidiæ, quàm honoris & commodi ex ea adminiſtratione potuit exſpectari; ſolo tamen obedientiæ nomine nihil tergiuerſatus, iniunctam prouinciam promptiſſimè ſuſcepit, ac nihil moratus itineri ſe accinxit; adeò ſecurus, vt ne quidem ea quæ corpuſculi neceſſitas poſtulat abſtuliſſet ſecum, ſi non à Præpoſito monaſterij, (qui ſub Abbate tunc Epiſcopo Middelburgenſi, *Nicolao à Caſtro* curam fratrum ſollicitè gerebat) monitus fuiſſet. Quum in Hollandiam nauigio proficiſceretur, orta tempeſtate parum abfuit à periculo. Sed ſeruatum eum voluit Dominus, quem ad hoc elegerat,

vt eius morte paucis poſt menſibus ſe ſuã que Eccleſiam clarificaret. Oues ſibi concreditas, quamdiu permiſſus eis adeſſe, vigilantiſſimè curauit. Eum vnà cũ ſubſidiario presbytero, contubernali ſuo (de quo mox dicemus) eiuſq; Patre ſene, vna nocte (quæ ni fallor 7. diem Iulij proximè antecibat) domi ſuæ comprehenſum Geuſij Piratæ Brilam auerterunt. Ducebant autem eos per vicum quendam, Heidam nomine Monaſterienſi parochię ſubditũ. Et quod fortè quæſtum è captiuis ſuis alium vix ſperarent, illius loci piſcatoribus, vno cereuiſiæ dalio venales ac redimendos eos offerebant, at nec vnus quiſpiam eorum, nec omnes ſimul tantillum pretium pro ſuis paſtoribus oues immites atq; ingratæ ſoluere voluerunt, pretium inquam 30. ſtuferorum plus minus, quo dolium cereuiſiæ poterat æſtimari. Res ſanè deplorãda, in qua illud conſideratione non indignum occurrit, quod Chriſtum quidem 30. denarijs emerunt Iudæi, vt matri traderent; hos autem tres viros (in quib. duos Chriſti ſacerdotes, eoſdemque ouiũ Chriſti paſtores) totidem nummis redimere oues propriæ noluerunt, vt morti eriperent. Brilam igitur aduecti, communem cum Gorçomianis Martyribus carcerem

Geuſij à Belgis vocantur hæretici Caluiniſtæ

pal-

paſſionemque ſubierunt. Nominatim verò de Adriano relatum nobis eſt à nõnullis tunc illius carceris ac miſeriæ ſocijs, in eius ſermone, vultu, moribus, inſignem eluxiſſe cum pietate modeſtiam, atque in tolerandis iniurijs dignam martyre fortitudinem: adeò vt ſuo exemplo cæteris captiuis non parum ædificationis attulerit; à quib. viciſſim vt par erat, ob ſuas virtutes in magna veneratione fuerit habitus.

CAPVT XXXIX.

Iacobus Lacopius.

IAcobus cognomine Lacopius Aldenardæ in Flandria Antonio patre natus, Præmonſtr. item inſtituti apud Middelburgenſes monachus, prompto ſubtilique fuit ingenio; quod & humanioribus diſciplinis & linguarum ſtudio diligenter excoluit. Principio carus omnibus fuit, cùm ob morum facultatem, qua ſe iucundum fratrib. præbebat, tum ob alias haud contemnendas animi dotes. Præter hæc ætas, forma, ſtatura effecerunt, vt blandiori vocabulo Iacobellus ab æqualibus vocitaretur. Cæterum anno 1566. quo iconomachiæ tempeſtas aliquot præcipua Belgij noſtri loca peruaſit, inter alios alibi multos, Lacopius quoq;, Deo ſic permittente, qui dilectis ſuis omnia cooperatur

in bo-

in bonũ,ab hæreticis miſerè ſeduct⁹ ac ma
lè ꝑſuaſus;primũ apud fratres in monaſte
rio linguã ſuã aduerſus Eccleſiæ Catholi
cę ſacroſancta dogmata iuueniliter,ac pe
tulanter,ne dicã impiè laxauit,moxq;mo
naſterij deſertor apud hæreticos cõcionã
di munus ſubiuit,& libellũ hæreticũ pro
caci ſtilo cõſcripſit, titulo Deflorationis
aureæ Legẽdę. At verò in hac tanta anim
cæcitate nõ diu eum permanere paſſus eſt
miſericors Deus, ſed cito ſatanæ faucibus
ereptum,errabundã ouiculã caulis Eccle
ſiæ ſuæ benignus paſtor reſtituit. Namq;
poſt paucos mẽſes Iacobus facti pœnitẽtia
ductus, ad monaſteriũ ſuum reuerſus eſt
veniã errati coram vniuerſo fratrum cõ-
uentu rogauit; errorẽ hæreſimq; omnem
reuocauit,abiurauit,execratus eſt. Scriptũ
quoq;à ſe libellũ ſuis ipſe manib⁹ in ignem
cõiecit.Poſt hęc iniunctã ſibi pro peccato
ſatisfactionẽ,& humiliter ſubijt,& obediẽ
ter impleuit.Miſſus deinde, ꝓbri oblite-
randi cauſa,ad aliud quoddam eiuſdẽ ordinis
monaſterium in Geldrię partib⁹ ſitum,cui
nomen *Inſula Mariæ*, vixit ibi,quemadmo
dum ab illius loci fratrib.accepim⁹ hone-
ſtè,religioſè,& inculpatè. Quin etiã non-
nulla in eo Monaſterio ſcripſit aduerſus
hæreticos;nimirũ ſtudens hac ratione ſar-

cire damnũ animarũ, ſi qꝫ ante ſeu ſcripto ſeu verbo dediſſet. I ã ſanè, quam dixi monaſterii deſertioné neſcio vnde cognitam fertur Comes Lũmius illi, cũ ab ipſius miniſtris examinaretur, obieciſſe; atq; Lũmio Lacopius ita reſpõdiſſe, vt factũ quidé nõ negaret, ſed ab errore ſic ſe correctum oſtẽderet, vt à veritate iã certiꝰ agnita, Deo propitio nulla pœnarũ acerbitate ſe paſſurus eſſet abſtrahi. Fuerat aũt Iacobo frater germanus, idé ille q proximè apud Munſterienſes parochũ egerat, vir pius, prudés & Catholicorũ dogmatum apprimè ſtudioſus; q & parentes ambos pauperes debito proſecutus honore domi apud ſe aluerat. Huic Iacobũ in paſtorali munere ſociũ & auxiliarem presbyterũ adiungi tandem placuit; ea maximè gratia, vti tũ in ijs quæ pietatis ſunt, tũ in fide Catholica, Iacobus qui dudũ infœliciter aberrauerat exẽplo atq; inſtitutione domeſtica magis etiã cõfirmaretur. Qui poſt fratris obitũ, eiꝰ ſucceſſori relictꝰ curarũ paſtoraliũ ſociꝰ mox beatæ quoq; paſſionis cũ eo cõſors effectꝰ eſt, an. natꝰ 30. plus minꝰ Itaq; ad hũc modũ (vt verbis vtar pij cuiuſdã monachi de ijs ad amicum in epiſt. quadam ſcribentis) hi duo viri candidi ordinis ambo cãdidas in agni ſanguine lauerunt ſtolas ſuas.

DE EISDEM FRATRIBVS DVOBVS.

CAP. II. LIB. II.

PAulò verò pòſt ſemihoræ ſpatio in eundem carcerem detruduntur & alij duo recenter è loco ſui miniſterij illuc à Geuſijs aduecti. Erant hi monachi Præmonſtr. Ord. quorũ alter Adrianus nomine, parochũ agebat in ea Hollandiȩ parte quæ Moſæ in Oceanum procurrenti dextera eſt. Nomen loci Monaſterium, quòd vulgò *Munſter* dicunt. Alter Iacobus illi in cura paſtorali ſubſidiariã nauabat operã, vterq; eò miſſus ex Abbatia, quæ eſt Middelburgi Zelãdiæ celeberrima, penes quã eo loco parochum conſtituendi erat auctoritas. Horum aũt captiuitas ſic habet. Cùm piratæ Geuſij, Brila potiti, vicina quæq; loca percurrerent, rapinis & templorum ac monaſteriorum expilationibus intenti, Sacerdotes aũt & Monachos, quos reperiſſent, aut trucidarent, aut captiuos ſecum traherent; Illorum quidam ea nocte, quæ captiuorum Gorcomienſium aduentum proximæ præcedebat, flumine tranſmiſſo, Monaſterium venerant, vbi inuentos duos quos dixi ſacerdotes, religioſos habitu religioſo ac regulari, id eſt

Adrianus Hilueribecanus.

Iacobus Lacopius.

toto cādido veſtitos, vna cum Patre Iacobo, viro ſene captos, vinctosq́; Brilam, ſecum auexerunt. Qui vt primū ſiſtebātur Comiti, Lūnio magnā is toto corpore prę ſe tulit inſolentiā, animiq́; intēperiem. Deinde paululum ſe cohibens ſtetit quietus. Mox admirabundo ſimilis, quaſi homines illos eſſe neſciret, quænam ea monſtra eſſent, ſuos interrogabat. Qui dixerunt, clementiſſime Domine, ſacerdotes & Monachi hoſtes noſtri capitales. Aptiſſimum ſane Epithetō, clementiſſime ſiquidem antiphraſticôs interpreteris. Poſtea Comes de ſene, qui vna fuerat adductus, deque eius Patria ſciſcitatus, quum Iunioris Monachi parentem eſſe & patria Flandrum, & Gallicam linguam probè callere audiſſet, conuerſo ad eum ſermone: ſi poteris inquit, filio tuo perſuadere, papiſmo ſuo vti renunciet; te ſimul ac illum ſolutos ac liberos dimittam. Quo audito Iacobus, qui & ipſe Gallicæ linguæ gnarus erat, patris ſermonem excipiens reſpondit, nūquam ſe ea conditione vitam redempturum. Igitur ait Comes; moriendum tibi eſt. Cui Iacobus, nequaquam, inquit. Non enim moriemur ſed viuemus. Et Comes iterum. An ego poteſtatem non habeo occidendi te? Ita quidem ait Iacobus occi-

dendi corpus; at non animam ſemper victuram. Iratus ea reſponſionis libertate Lūnius, ſene abire iuſſo, quod neque ſacerdos eſſet, neque monachus, monachos duos in carcerem abduci præcepit. Ducti ergo in carcerem cum Catholicæ fidei Confeſſaribus communem, ad communē quoque certaminis & gloriæ dignitatem vocari ſe ſenſerunt.

ITEM CAP. XV.

PRoducti ſunt etiam duo Præmōſtratenſes, qui de Sacramento corporis & ſanguinis interrogati, quod in Eccleſiæ Catholica fuerant edocti, reſponderunt, Hæreticos contra contendētes, id quod in Cœna dominica ſumitur, non aliud eſſe, quàm panem nudum ac vulgarem, breuiter & ſolidè redarguerunt ex verbis Paulinis. *Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Tum poſt aliquantam altercationem (in qua potiſſimum *Iacobus*, vtpote ſermone promptior Catholicas partes ſuſtinebat) aduerſarij, cùm ſe ratione ſuperatos viderent, maledictis victores ſuos impetere cœperunt; quanquam & blandimēta verborum adhibuiſſe Lumnium accepimus, præcipuè, vt Iacobum ab inſtituto

reuocaret, quod ea eſſet & ætas illius, & ſermonis & vultus gratia, quæ tyrannicū quoque animum occulta naturæ vi, ad commiſerationem moueret. Verùm neq; promiſſis neque terroribus ceſſit Martyrum Chriſti fortitudo.

Ad huncigitur modum ſancti viri cō- ANNO feſſionis atque martyrij ſui munere ſtre- 1172. nuè perfuncti anno 1572. nocte inter octauum & nonum Iulij diem, mediâ, momẽtaneam hanc vitam glorioſa morte commutantes in Domino, laqueo ſuſpenſi, obdormierunt.

Haud abs re fuerit his ſubnectere breuem noſtram diſſertatiunculam *de Antuerpienſis Eccleſiæ origine ac progreſſu,* quòd in ea meritò & locum ſuum ac laudem habeat S. Norbertus.

EX HISTORIA MARTYRVM GORCOMIENSIVM IN HOLLANDIA,

Auctore

GVILHELMO ESTIO S. THEOLOGIAE DOCTORE ET ACAD. DVACENSIS CANCELLARIO.

DE DVOBVS FRATRIBVS PRAEMONSTRATENSIS ORdinis Adriano Hiluaribecano, & Iacobo Lacopio.

CAP. 38. LIB. 3.

Adrianus Hiluaribecanus.

ADRIANVS ab Hiluarenbeca, quod Campaniæ Brabantorum celebre municipium eſt, vt primum per ætatem licuit, Dei ſeruitio, iuxta ſanctũ inſtitutum Ord. Premonſt. apud Middelburgum Zelandiæ ſeſe nuncupauit; puta ſub annũ Domini 1547. quippè moriens

annum ætatis 40. non exceſſit. Fuit autem vir quietus, modeſtus, pacificus; omnibus carus, atq; omninò vitæ ꝓbatiſſimę. Qui annos continuos 25. cùm in monaſterio exegiſſet, anno demũ 1572. ſub feſtum paſchę, Monaſteriũ (qui vicus eſt in extremis Hollandię finibus, vbi Moſa in Oceanum influit, ſitus; ac vulgò *Munſter* dictus) administraturus eius loci parochiam, quòd illis Rector eiuſdem inſtituti atque cœnobij monachus (cui etiam Adriano nomen fuerat) paulò ante in viuis eſſe deſijſſet. Quamuis autem & locus hæreſi infectus erat, & proinde multò plus laboris atque inuidiæ, quàm honoris & commodi ex ea adminiſtratione potuit exſpectari; ſolo tamen obedientiæ nomine nihil tergiuerſatus, iniunctam prouinciam promptiſſimè ſuſcepit, ac nihil moratus itineri ſe accinxit; adeò ſecurus, vt ne quidem ea quæ corpuſculi neceſſitas poſtulat abſtuliſſet ſecum, ſi non à Præpoſito monaſterij, (qui ſub Abbate tunc Epiſcopo Middelburgenſi, *Nicolao à Caſtro* curam fratrum ſollicitè gerebat) monitus fuiſſet. Quum in Hollandiam nauigio proficiſceretur, orta tempeſtate parum abfuit à periculo. Sed ſeruatum eum voluit Dominus, quem ad hoc elegerat,

vt eius morte paucis poſt menſibus ſe ſuã que Eccleſiam clarificaret. Oues ſibi concreditas, quamdiu permiſſus eis adeſſe, vigilantiſſimè curauit. Eum vnà cũ ſubſidiario presbytero, contubernali ſuo (de quo mox dicemus) eiuſq; Patre ſene, vna nocte (quæ ni fallor 7. diem Iulij proximè antеibat) domi ſuæ comprehenſum Geuſij Piratæ Brilam auerterunt. Ducebant autem eos per vicum quendam, Heidam nomine Monaſterienſi parochię ſubditũ. Et quod fortè quæſtum è captiuis ſuis alium vix ſperarent, illius loci piſcatoribus, vno cereuiſiæ dalio venales ac redimendos eos offerebant, at nec vnus quiſpiam eorum, nec omnes ſimul tantillum pretium pro ſuis paſtoribus oues immites atq; ingratæ ſoluere voluerunt, pretium inquam 30. ſtuferorum plus minus, quo dolium cereuiſiæ poterat æſtimari. Res ſanè deplorãda, in qua illud conſideratione non indignum occurrit, quod Chriſtum quidem 30. denarijs emerunt Iudæi, vt matri traderent; hos autem tres viros (in quib. duos Chriſti ſacerdotes, eoſdemque ouiũ Chriſti paſtores) totidem nummis redimere oues propriæ noluerunt, vt morti eriperent. Brilam igitur aduecti, communem cum Gorcomianis Martyribus carcerem paſ-

Geuſii à Belgis vocantur hæretici Caluiniſtæ

paſſionemque ſubierunt. Nominatim verò de Adriano relatum nobis eſt à nõnullis tunc illius carceris ac miſeriæ ſocijs, in eius ſermone, vultu, moribus, inſignem eluxiſſe cum pietate modeſtiam, atque in tolerandis iniurijs dignam martyre fortitudinem: adeò vt ſuo exemplo cæteris captiuis non parum ædificationis attulerit; à quib. viciſſim vt par erat, ob ſuas virtútes in magna veneratione fuerit habitus.

CAPVT XXXIX.

Iacobus Lacopius.

IAcobus cognomine Lacopius Aldenardæ in Flandria Antonio patre natus, Præmonſtr. item inſtituti apud Middelburgenſes monachus, prompto ſubtilique fuit ingenio; quod & humanioribus diſciplinis & linguarum ſtudio diligenter excoluit. Principio carus omnibus fuit, cùm ob morum facultatem, qua ſe iucundum fratrib. præbebat, tum ob alias haud contemnendas animi dotes. Præter hæc ætas, forma, ſtatura effecerunt, vt blandiori vocabulo Iacobellus ab æqualibus vocitaretur. Cæterum anno 1566. quo iconomachiæ tempeſtas aliquot præcipua Belgij noſtri loca peruaſit, inter alios alibi multos, Lacopius quoq;, Deo ſic permittente, qui dilectis ſuis omnia cooperatur

in bonū,ab hæreticis miſerè ſeduct⁹ ac ma
lè ꝑſuaſus;primū apud fratres in monaſt
rio linguā ſuā aduerſus Eccleſiæ Catholi
cę ſacroſancta dogmata iuueniliter,ac pe
tulanter,ne dicā impiè laxauit,moxq;mo
naſterij deſertor apud hæreticos cō. ionā
di munus ſubiuit,& libellū hæreticū pro-
caci ſtilo cōſcripſit, titulo Deflorationis
aureæ Legēdę. At verò in hac tanta animi
cæcitate nō diu eum permanere paſſus eſt
miſericors Deus, ſed cito ſatanæ faucibus
ereptum,errabundā ouiculā caulis Eccle
ſiæ ſuæ benignus paſtor reſtituit. Namq;
poſt paucos mēſes Iacobus facti pœnitētia
ductus, ad monaſteriū ſuum reuerſus eſt
veniā errati coram vniuerſo fratrum cō-
uentu rogauit; errorē hæreſimq; omnem
reuocauit,abiurauit,execratus eſt. Scriptū
quoq;à ſe libellū ſuis ipſe manib in ignem
cōiecit.Poſt hęc iniunctā ſibi pro peccato
ſatisfactionē,& humiliter ſubijt,& obediē
ter impleuit.Miſſus deinde ꝓbri oblite-
randi cauſa,ad aliud ꝙdam eiuſdē ordinis
monaſterium in Geldrię partib ſitum,cui
nomen *Inſula Mariæ*,vixit ibi,quemadmo
dum ab illius loci fratrib.accepim⁹ hone-
ſtè,religiosè,& inculpatè. Quin etiā non
nulla in eo Monaſterio ſcripſit aduerſus
hæreticos;nimirū ſtudens hac ratione ſar-

cire damnũ animarũ, ſi quod ante ſeu ſcripto ſeu verbo dediſſet. Iã ſanè, quam dixi monaſterii deſertioné neſcio vnde cognitam fertur Comes Lũmius illi, cũ ab ipſius miniſtris examinaretur, obieciſſe; atq; Lũmio Lacopius ita reſpõdiſſe, vt factũ quidé nõ negaret, ſed ab errore ſic ſe correctum oſtẽderet, vt à veritate iã certiꝰ agnita, Deo propitio nulla pęnarũ acerbitate ſe paſſurus eſſet abſtrahi. Fuerat aũt Iacobo frater germanus, idé ille q proximè apud Munſterienſes parochũ egerat, vir pius, prudés & Catholicorũ dogmatum apprimè ſtudioſus; q & parentes ambos pauperes debito proſecutus honore domi apud ſe aluerat. Huic Iacobũ in paſtorali munere ſociũ & auxiliarem presbyterũ adiungi tandem placuit; ea maximè gratia, vti tũ in ijs quæ pietatis ſunt, tũ in fide Catholica, Iacobus qui dudũ infœliciter aberrauerat exẽplo atq; inſtitutione domeſtica magis etiã cõfirmaretur. Qui poſt fratris obitũ, eiꝰ ſucceſſori relictꝰ curarũ paſtoraliũ ſociꝰ mox beatæ quoq; paſſionis cũ eo cõſors effectꝰ eſt, an. natꝰ 30. plus minꝰ. Itaq; ad hũc modũ (vt verbis vtar pij cuiuſdã monachi de ijs ad amicum in epiſt. quadam ſcribentis) hi duo viri candidi ordinis ambo cãdidas in agni ſanguine lauerunt ſtolas ſuas.

DE EISDEM FRATRIBVS DVOBVS.

CAP. II. LIB. II.

PAulò verò pòſt ſemihoræ ſpatio in eundem carcerem detruduntur & alij duo recenter è loco ſui miniſterij illuc à Geuſijs aduecti. Erant hi monachi Præmonſtr: Ord. quorũ alter Adrianus nomine, parochũ agebat in ea Hollandiæ parte, quæ Moſæ in Oceanum procurrenti dextera eſt. Nomen loci Monaſterium, quòd vulgò *Munſter* dicunt. Alter Iacobus illi in cura paſtorali ſubſidiariã nauabat operã; vterq; eò miſſus ex Abbatia, quæ eſt Middelburgi Zelãdiæ celeberrima, penes quã eo loco parochum conſtituendi erat auctoritas. Horum aũt captiuitas ſic habet. Cùm piratæ Geuſij, Brila potiti, vicina quæq; loca percurrerent, rapinis & templorum ac monaſteriorum expilationib. intenti, Sacerdotes aũt & Monachos, ſi quos reperiſſent, aut trucidarent, aut captiuos ſecum traherent; Illorum quidam ea nocte, quæ captiuorum Gorcomienſiũ aduentum proximæ præcedebat, flumine tranſmiſſo, Monaſterium venerant, vbi inuentos duos quos dixi ſacerdotes, religioſos habitu religioſo ac regulari, id eſt,

Adrianus Hilueribecanus.

Iacobus Lacopius.

toto

toto cãdido veſtitos, vna cum Patre Iaco bo, viro ſene captos, vinctosq́; Brilam, ſecum auexerunt. Qui vt primũ ſiſtebãtur Comiti, Lũnio magnã is toto corpore pręſe tulit inſolentiã, animiq́; intẽperiem. Deinde paululum ſe cohibens ſtetit quietus. Mox admirabundo ſimilis, quaſi homines illos eſſe neſciret, quænam ea monſtra eſſent, ſuos interrogabat. Qui dixerunt, clementiſſime Domine, ſacerdotes & Monachi hoſtes noſtri capitales. Aptiſſimum ſane Epithetõ, clementiſſime ſiquidem antiphraſticôs interpreteris. Poſteà Comes de ſene, qui vna fuerat adductus, deque eius Patria ſciſcitatus, quum Iunioris Monachi parentem eſſe & patria Flandrum, & Gallicam linguam probè callere audiſſet, conuerſo ad eum ſermone: ſi poteris inquit, filio tuo perſuadere, papiſmo ſuo vti renunciet; te ſimul ac illum ſolutos ac liberos dimittam. Quo audito Iacobus, qui & ipſe Gallicæ linguæ gnarus erat, patris ſermonem excipiens reſpondit, nũquam ſe ea conditione vitam redempturum. Igitur ait Comes; moriendum tibi eſt. Cui Iacobus, nequaquam, inquit. Non enim moriemur ſed viuemus. Et Comes iterum: An ego poteſtatem non habeo occidendi te? Ita quidem ait Iacobus occi-

reuocaret, quod ea eſſet & ætas illius, & ſermonis & vultus gratia, quæ tyrannicũ quoque animum occulta naturæ vi, ad commiſerationem moueret. Verùm neq; promiſſis neque terroribus ceſſit Martyrum Chriſti fortitudo.

Ad huncigitur modum ſancti viri cõfeſſionis atque martyrij ſui munere ſtrenuè perfuncti anno 1572. nocte inter octauum & nonum Iulij diem, mediâ, momẽtaneam hanc vitam glorioſa morte commutantes in Domino, laqueo ſuſpenſi, obdormierunt. ANNO 1172.

Haud abs re fuerit his ſubnectere breuem noſtram diſſertatiunculam *de Antuerpienſis Eccleſiæ origine ac progreſſu,* quòd in ea meritò & locum ſuum ac laudem habeat S. Norbertus.

AVB. MIRÆI DISSERTATIO DE ANTVERPIENSIS ECCLESIAE ORIGINE AC PROGRESSV; AD Reverendiſſimum Dominum

D. IOANNEM MIRAEVM, *PATRVVM SVVM COLENDISSIMVM,*

ANTVERPIANAE VRBIS MVNVS EPISCOPALE FELICITER AVſpicantem,

Anno CIↃ. IↃCIV. *die* XXX. *Menſis May.*

GRATVLATIO, quæ beneuolentiæ atque officij ſignificationem cõtinet, *Miræe* Præſul optime, reprehendi haudquaquam ſolet. Certatim itaq; confluentibus ciuibus exteriſque, ne in publica lætitia vnus viderer ceſſaſſe, mei item muneris eſſe duxi præſto adeſſe, nouumq; compellare Antiſtitem ac ſalutare. Id ne ruſticè factum videretur, Perſarum ritu acceſſi, apud quos ſalutare Principes, niſi graui munere dextra, indecorum ac propè

flagi-

flagitium ducebatur. Muneris itaque loco ampliſſimæ *Antuerpienſis Eccleſiæ* tuæ *Originem* ac *progreſſum*, è vetuſtis ſacriſque hiſtorijs fideliter petitum adfero. Quod quale id tandem, tibi non ingratum, multis iucundum atque perutile futurũ prorſus confido.

BRabantiæ noſtræ tractum *S. Maternus* D. Petri Apoſtoli diſcipulus, qui Tungrenſi, Colonienſi, & Treuirenſi Eccleſijs præfuit. *S. Martinus* Hasbanorum Apoſtolus. *S. Amandus*. *S. Lambertus*, *S. Hubertus*, alijque Tungrenſes ſeu Traiectenſes Epiſcopi, primùm Chriſtianæ Religionis lumine illuſtrarunt. At verò proprius Antuerpienſis Eccleſiæ Apoſtolus *S. Eligius* prædicatur, qui Nouiomenſis ac Tornacenſis epiſcopus cùm eſſet, *multum in Flandris laborauit, iugi inſtantia Andoverpis decertauit*. Id diſertè *S. Audoenus* Rotomagenſis Antiſtes, eius æqualis, adfirmat. Floruit autem *Eligius* in Epiſcopali functione ab anno Chriſti IↃ. CXLVII. ad annum vſque IↃ. CLX.

B. Eligij æqualis (ſi non ætate prior) fuit *S. Humbertus* Epiſcopus, qui Maricolenſe Benedictinorum in Hannonia monaſterium condidit. Exſtant de eo verſus per-

antiqui, quos ad D. Michaelis Antuerpiæ repertos teſtatur Ioan. Molanus in Natal. SS. Belgij:

Inclyte qui meritis fulges Hūberte *coruſcis,*
Cuius ad exemplū vitæ ac moderamina, quōdā
Barbara doctrinā nacta eſt Antuerpia *Chriſti,*
Te duce cœnobium felix radiat Maricollis.

Tranſeo ad *S. VVillibrordum.* Is anno I Ɔ. CXCII. ex Britannia in Galliam tranſiens Belgicam pænè vniuerſam Apoſtolico, more peragrauit. *Huic adhuc viuenti Rothingus vir præpotens dedit Eccleſiam in Antverpo caſtello ſitam ſuper Scaldi in pago Rienſium, cum villis, appenditijs, & parte tertia telonij eiuſdem caſtelli, quod nunc eſt marca regni.* Litteris hæc conſignauit Theofridus, Epternacenſis apud Lucemburgenſes monaſterij à *S. VVillibrordo* exædificati Abbas, qui Henrico IV. Imp. vitam eiuſdem Diui ſtilo complexus eſt prolixiore. Eadem leguntur in tabulis Teſtamenti *S. VVillibrordi,* quæ typis exſtant editæ in Caroli Scribanij Antuerpia. Atque hæc ipſa apud Antuerpianos baſilica hodieque *Caſtrenſis* nūcupatur, eſtq; *S. VValburgæ* nūc ſacra.

Quæ quidem Virgo *SS. VVillibaldi & VVunibaldi* (qui vnà cum *B. VVillibrordo,* Euangelij dilatandi cauſa, in Galliā è Britannia venēre) germana ſoror, in eadem

baſili-

baſilica Deo aliquamdiu traditur ſeruiiſſe. Viſiturque ibidem etiamnum eius Oratorium; in quo & vetus in pariete inſcriptio, eius rei teſtis, ante furores hoſce Iconoclaſticos, extitit. Vt nõ immeritò Virg. hãc velut patronam domeſticã Antuerp. Eccleſia ſolẽni quotannis ritu veneretur.

Sanctis hiſce Apoſtolis iure optimo accenſendus eſt *D. Norbertus*, Præmonſtratẽſis familiæ princeps & anteſignanus; vt cui Religionis, à Tanchelino hæreſiarcha pœnè oppreſſæ, inſtaurationem debeamus. Erat is homo omniũ ſceleratiſſimus, Dei & Sacramentorũ Eccleſiæ iuratus hoſtis, qui tribus armatorum millibus ſtipatus, quos verbis non poterat, vi ferroque ſuam in ſententiam pertrahebat. A Clericis itaque, ſeu Canonicis Antuerpiẽſibus, in ſubſidiũ cum ſodalibus ſuis vocatus *Norbertus*, ita rem geſſit, vt Sacramentariam atque Adamaticam Tanchelini hæreſim breui profligarit. Grati ergò Canonici baſilicam S. Michaeli Archangelo ſacram, quam ipſi numero XII. hactenus poſſederant *Norber.* eiuſq; ſodalib. cũ parte agrorũ ac cenſuũ, Burchardo Camer. Epiſc. approbante an. Chr. CIↃ. CXXIV. liberaliter ceſſerũt. Indeq; ad ædẽ B. Virg. eadẽ in vrbe ſitã trãſeũtes, creſcẽte populi augẽtis pietate, eã ipsã

auguſtiſſimam, qualis hodie viſitur, red diderunt.

Cæterùm nobiliſſimi Antuerpienſis Canonicorum Collegij auctor habetur inuictus ille *Godefridus Bullonius*, qui ex Lotharingiæ Duce, & S. Imperij Marchione (cuius ditionis vrbs primaria hodieque Antuerpia) primus Hieroſolymorum Rex eſt renunciatus. Gaudentque etiamnum Canonici decimis quibuſdam ab eodem liberaliter iam olim acceptis. Sacræ autem huius ſuæ militiæ primitias (de quo & meritò gloriemur) optimus hic Princeps Antuerpiæ collegit, primis militibus XII. in honorem totidem Apoſtolorum ſolemniter adſcriptis. Idemq; abiens S. Michaelis Baſilicam multis donarijs dotauit, ſeque ac militiam ſuam eidem Archangelo, cœleſtis militiæ principi, feliciter commendauit.

Huic *Balduinus* frater in regno Hieroſolomytano ſucceſſit, qui SS. Chriſti Domini præputium ex Syria Antuerpiam an. CIↃ.ICXII. tranſmiſit. In cuius quidem honorem Sodalitas ampliſſima è Clero, Senatu, primarijſque ciuibus iam olim eſt conſcripta & inſtituta, multiſque priuilegijs à Romanis Pontificibus exornata; hodieque in huiuſce rei memoriam ſuppli-

catio ſolemnis, prima poſt Pentecoſten Dominica, quotannis celebratur.

Libet & *Alberti* illius *Magni* hîc meminiſſe, qui cùm Ratiſponenſis eſſet Epiſcopus, atque in Belgis fortè verſaretur, Dominicanum ſui Ordinis monaſterium, recens in hac vrbe Antuerpiana inſtitutum, an. CIↃ. CCXLIV. dedicauit, conſecrauitque.

Vt ad noſtra porrò tempora veniamus, cùm pro maiorum religione aduerſus hæreſes tuenda, Epiſcopi per Belgicam plures conſtituerentur, inter cæteras & Antuerpienſem Eccleſiam ex collegiata Paullus IV. Pontifex Max. CIↃ.IↃLIX fecit Cathedralem. Quod & Pius IV. anno inſequẽte comprobauit. Primus itaque Vrbis Antuerpianæ Antiſtes, à Philippo II. Hiſp Rege Belgarumque Principe, *Philippus Nigrius* Ord. aurei Velleris Cancellarius, eſt deſignatus. Qui morte præuentus, cùm prouinciam non adijſſet, *Franciſcus Sonnius* ex Doctore Theologo Louanienſi Epiſcopus Siluiducenſis, an. CIↃ.IↃLXX. primus huius Vrbis munus obijt Epiſcopale. Huic *Læuinus Torrentius*, Archidiaconus & Erneſti Bauari Leodicenſis Antiſtitis Vicarius Generalis, eſt ſuccenturiatus, *Torrentium Guilielmus* à *Bergis*, ex Baronibus Grimber

ganis oriundus, excepit: Quo ad Archiepiſcopalem Cameracenæ vrbis dignitatem euocato, Tibi, *Miræ* Antiſtes optime, ab *Alberto* Auſtriaco Sereniſſimo Belgarum Principe, nec opinanti, imò & repudianti hic delatus eſt Epiſcopatus. Sic nimirum Aaron, ſic Apoſtoli, ſic eorum ſucceſſores Nicolai, Athanaſij, Baſilij, Chriſoſtomi, Ambroſij, Gregorij, alijque plurimi nihil tale ambientes, nedum cogitantes ad ſummas Cathedras ac dignitates diuinitùs ſunt euecti. Quorum vt veſtigijs, Præſul optime, fortiter inſiſtas, Deum venerans precor, tibique ac Reip. Spartam hanc ſalutarem opto ac voueo.

AVCTARIVM EX ROBERTO ALTISSIODORENSI.

Vt dies diem docet, cum in Indice rerum conficiendo laborarem, oportunè incidi in Chronologiam rerum toto orbe geſtarum, ab eius origine, vſque ad annum Christi 1200. à Roberto cœnobij S. Mariani apud Altiſſiodorũ, Ord. Præmonſtratenſis Canonico, conſcriptam, typisq́; editam anno 1609. Trecis in Gallia. In ea, quia non pauca leguntur, ad eiuſdem Ord. illuſtrationem, viſum fuit illa per modum Auctarij ſubijcere.

Notet autem Lector dici, Altiſſiodorum, Antiſſiodorum, & Autiſſiodorum.

ANNO 1118. Gelaſius Papa, indicto Remis cõcilio, tranſgrediẽs Alpes, in Gallias venit, ad quẽ vir Dei *Norbertus* nudis, vt erat, incedẽs pedibus acceſſit: eiq; animi ſui propoſitũ pandens, licentiã & auctoritatẽ ſeminãdi vbiq; verbũ Dei accepit. Inde vſq; *Valẽtianas* rediẽs infra 15. dierũ ſpaciũ, tres ſocios, quos ſolos habebat, morte præreptos amiſit, & ib ꝓ trib. vnũ recepit, *Hugonẽ* ſc. q. ei in regimine Pręmõſt. Eccl. ſucceſſit.

ANNO 1118.

Norbertus venit ad Gelaſium II.

Inde Valentianas.

dem prouinciæ locis religioni congruentibus ſibi oſtenſis, tandem diuinitus in loco *Præmonſtrateſi* reſedit, ibique ſolitarius religioſam vitam agere cœpit, & tempore quadrageſimæ ad colligendos ſocios ſolus egreſſus, ante Paſcha cum 13. ſocijs redijt, & cum his in Præmonſtrato loco ſecundùm canonicæ inſtitutionis normam ad tenorem regulæ B. Auguſtini Deo militare cœpit: Tali igitur modo cæpit ordo Præmonſtratenſis ſub Patre Norberto florere, & tanquam vinea fructifera ſuos circumquaque palmites propagare, cœpit autem circa Paſcha An 1120.

Præmonſtratum venit.

Per idem tempus erat in Autiſiiodorenſi matre Eccleſia, clericus quidam *Iterius* nomine, deuotè ibidem ſeruiens, nullos tamen reditus illic habens, vir quidem ſimplicis animi & minoris induſtriæ, ſed probati teſtimonij & conuerſationis honeſtæ. Erat verò apud eandem vrbem vltra Icaunam fluuium, locus, quem olim B. Germanus in cœnobium Monachorũ extruxerat, & copioſè ditarat, in quo etiã fuerat eiuſdem præſulis cella, ſanctorum eius gemituuum cruciatuũque conſcia. Is itaq; locus, vbi quõdam celebriter religio ſacra floruerat ad tantam tunc dirutus vaſtitatem deuenerat, vt vbique fruteta ſuc-

ANNO 1120.

Iterius Autiſſiodorẽſis clericus auctor cœnobij S. Mariani Autiſſiodorenſis.

creſ-

creſcerent, vbique circumhabitantiũ gallinæ liberè diſcurſarent. Porrò præfatus vir dum In vita B. Germani relegeret, vel lectum audiret, quanto hic locus in diebus antiquis claruiſſet præconio ſanctitatis, vt erat deuoti animi, afficiebatur medullitùs videns locum penitus deſolatum, olim tam celebrem, tam præclarum.

ANNO 1129. *Vallis lucens fundatur.*

Anno Domini 1129. Eccleſia *Vallis lucẽtis* fundata eſt. Anno ſequenti Honorio Papa defuncto, Gregorius Cardinalis Diaconus & Petrus Leonis ad Papatum eligũtur: Gregorius Innocentij, Petrus Anacleti nomine alterantur. Sed Petro ob parentelæ ſuæ fortitudinẽ apud S. Petrũ cõmorãte, Innocẽtius Roma egreſſus, in Galliam proficiſcitur, & gallicana ſibi adhærente Eccleſia, Cõcilijs celebratis, primò Remis, ſecũdo Pariſiis in Papatu cõfirmatur; Et Petrus ab omnib. Galliæ & Germaniæ Epiſcopis anathematizatur. Porrò Innocẽtius Papa, cùm Autiſſiodorũ deueniſſet, ſuprà memoratus vener *Iterius* ipſum adijt, obnixè rogãs, vt locũ, quẽ iam ex parte refecerat, dignanter inuiſeret; ibiq; altare ſub beatiſs. Germani titulo dedicaret. Quod pius Papa benignè annuit, & altare ſolẽniter conſecrans, diuina ibidẽ myſteria celebrauit. Videns quoque innumerabilẽ po-

Oratorium S. Germani ab Innocentio II. dedicatur

puli

puli adeſſe concursũ, Sermonẽ fecit ad populum. Sic exorſus: *Verè*, inquiens, *locus iſte ſanctus eſt, & ego neſciebã*, &c. Sanè ex tunc cœpit idem locus reuerentiùs honorari, adiri frequentiùs, & copioſiùs ampliari.

Anno 1135. Pręmõſt. Ord. venit Dei-locum. Anno 1138. apud Autiſſiodorum clarus habebatur *Iterius*, de quo iã ſuprà fecimus mentionẽ, vir quidẽ etſi non multa literatura præditus, in ædificatione tamen adeò ſermone profuſus, vt omnib. eſſet admirationi, tã eloquẽdi copia, quã gratioſitate audiendi. Hic videns locũ, quẽ reædificandum ſuſceperat, nõ tã ſua induſtria, q̃ Dñi gratia ſub ſe & per ſe aſſidua capere incrementa, cœpit apud ſe penſare altiùs, ſeq; reputare felicem, ſi conuentũ ex Præmonſtr. Ord. illuc adducere poſſet, qui iugiter Deo inibi deſeruirent. Quod ergo minùs per ſe poterat, per alios implere parat. Adit & conſulit venerandum *Hugonem* Epiſcopum, & *Guilielmum* Niuernenſem Comitem, nec non & Comitem *Theobaldũ*, viros tã vita laudabiles, q̃ in ſeculo potẽtes, Horũ Concilio, & auxilij promiſſione munit⁹, Præmõſtratũ petijt, & à vener. Hugone, tũc Præmõſt. Abbate, q̃ petebat obtinuit. Fratres itaq; ad cõuẽtũ deliguntur, eiſq; Dñs *Rainerus* Abbas præficitur: prius

ANNO 1135. *Dei-locus fundatur.*

Oratorium S. Germani apud Altiſſiodorum traditur Præmonſtr.

Præmonſtrati Prior, & ex magna parte Præmonſtratenſis ordinis inſtitutor. Literaturæ verò tantæ, tamque prudens conſilij, vt in toto Præmonſtratenſi ordine vix eo poſſet potior inueniri: mira gratia præpollens in cunctis, niſi quod laborabat incommodo modicæ ſurditatis. Venit igitur in locum deſignatum cum fratribus, anno Domini 1139. Innocentij Papæ decimo, Ludouici iunioris regis Francorum, poſt mortem patris ſui, tertio. Erat autem idem locus tenuis admodum & anguſtus. Amplificandi verò vix vlla ſpes erat, cùm hi, quorum poſſeſſiones locum circumcingebant, nullatenus acquieſcerent, eas aut vendere, aut pro æquè valentibus commutare. Cùm itaque eos opprimeret, hinc loci anguſtia, hinc tenuitas facultatũ, præfatus Niuernenſis Comes, inter alia plura beneficia dedit eis terram, vbi grangiam quæ *Capella* dicitur, extruxerunt, vbi etiam Sorores per aliquantum temporis habitarunt. Dedit quoque eis molendinũ de ſtagno, ſed & ipſum poſteà ſtagnum adijciens molendino. Dominus præterea Hugo Epiſcopus non modica ſpes eorum auxilij, eò, quòd & ipſe ordinem feciſſet adduci, inter cætera beneficia perplura quæ contulit, terram grangiæ *de boſculo*

ANNO 1139. B. Rainerus I. Abbas.

Capella monicilium

emit

emit eis de proprio. Denique conſiderans locum nimiæ arctitudinis eſſe, non poſſe ordini ſuo congruas dilatari vel extrui officinas, maximè propter tenaciam circũiacentes poſſeſſiones habentium, inito conſilio Eccleſiam *S. Mariani* in Antiſſiodorenſi ſuburbio ſitam, eis cum ſuis appẽditijs conceſſit habendam: Cuius Eccleſię Canonicis id propoſuit optionis, vt aut inde recederent, aut ſuperuenientium fratrum Ordini ſe conformarent. Illuc ergo Fratres aduenîunt, vbi etiam multas tam loci, quàm rerum anguſtias pertuleruut. Denique cùm ob ſæcularium inquietudinem, in ſiniſtram partem Eccleſię diſpoſuiſſent officinas transferre, rogauerunt quendam ibidem habitantem Canonicũ, vt pro domo ſua reciperet commutationem aut pretium. Qui cùm omnimodis renitere tur, iuſto Dei iudicio mox grauiter infirmatur, & quinta die ſequentis hebdomadæ traditur ſepulturæ: Sic obtinuerunt à mortuo, quod à viuente non potuerant extorquere. Porrò Domnus *Raineriꝰ* vir conſilij ſapienter agebat in omnibus, ſuos & verbo inſtruens & exemplo præcedẽs: quem etiam multiplex corporis infirmitas opprimebat, propter paupertatis incõmodum, quod cũ cæteris in nullo ſibi in-

S. Mariani cœnobium fundatur.

Raineri Abbatis laus.

dulgentior ſuſtinebat. Hoc tamen duplici incommodo, paupertatis ſcilicet & infirmitatis, frangi non poterat, vtpotè quem exercitatio virtutis diutina in ſacra religione fundarat. Sanè cùm tot in eum diuinæ gratiæ confluxiſſent dona, non potuit ſub modio latere lucerna. Siquidem S. eũ Bernardus tàm Regi quàm Principibus notum fecerat & famoſum, vtpotè quem nouerat virum multæ virtutis, diſcretionis eximiæ, & præcipuæ honeſtatis, qui etiam *Vallem profundam* eiſdem fratribus impetrauit à Rege donari.

Vallis profunda.

ANNO 1146.

Anno 1146. Domnus *Rainerus, S. Mariani* 1. Abbas quibuſdã de cauſis Præmõſtratũ profectus, dũ rediret, apud Pruuinũ ægritudinis lecto decubuit, vbi *Theobaldus* Comes Principũ illuſtriſs. eum ſæpiùs viſitauit, vtpotè quẽ ſciebat virũ ſanctum & iuſtũ, & ſua viſitatione digniſſimum. Poſt paucos aũt dies, ingraueſcẽte morbo, beatũ vitæ finẽ ibi ſortitus eſt, & in Xenodochio quodã pauperũ, vt ipſe petierat, inter pauperes, pauper Chriſti ſepultus eſt. Poſtmodũ verò eodẽ Xenodochio in Abbatiã Canonicorũ, quæ nũc S. Iacobi dicitur, cõmutato, cõtigit eiuſdẽ loci Eccleſiã ampliari, & intra eiuſdẽ Eccleſiæ ambitũ eius includi ſepulcrũ: vbi nunc, vt fertur, multæ lan

B. Rainerus Abbas moritur.

guen-

guentibus curationes præſtantur, quibus viri Dei meritum declaratur. Obijt autem prid. Kal Martij, expletis, poſtquã Abbas effectus eſt, ſex annis, 3. mẽſibus & 20 diebus: cui ſucceſſit *Bertholdus* Vrbe Colonia oriundus, vir vitæ probabilis, & manſuetudinis præcipuæ: qui cùm vndecim mẽſibus pręfuiſſet, obijt: eiq́; *Osbertus* ſucceſſit.

Anno 1152 *S. Gilbertus*, ex potenti milite ſæculi, humillimus miles Chriſti, eleemoſynarũ, abſtinentiæ, paupertatis admirandus exemplis, apud Scolã, Aruernię vicum, migrauit ad Dñm. Sepultus eſt aũt in monaſterio nõ procul à præfato vico, vbi Præmõſtratenſiũ ordinẽ, pij laboris inſtãtia, ipſo anno adduxerat, cui⁹ magnitudinẽ meritorũ, miraculorũ magnitudo declarat. ANNO 1152. *S. Gilbertus moritur.*

Anno 1155. dimiſit *Osbertus* Abbatiam ſuam expletis annis octo, Domnumq́ue *Milonẽ* habuit ſucceſſorem. ANNO 1155.

Anno 1166. *Radulphus* Antiſſiodorenſis Eccleſiæ Theſaurarius obijt, vir non paruæ in ſęculo gloriæ, eò quòd genere moribuſq́; clareret, & diuitijs non mediocriter redũdaret. Hic cũ ſibi finẽ cerneret imminere, miræ deuotionis, miræ pœnitudinis cœpit eſſe: & [illegible] alios parẽtũ, quos deſerũt, amor afficiat, cura ſollicitet; ille omni affectu poſthabito carnalis parẽtelę, nihil eis ANNO 1166.

 omni-

omninò voluit impartire, vt omnium, quę poſſidebat. Chriſtum hæredem faceret; imò fieret Chriſti hæres, cuncta, quæ habuit, diſpoſuit Eccleſiis dilargiri. Ex quib. S Mariani Canonicis maximam contulit portionem, vnde tenuitas eorum non modicè eſt aucta. Seipſum quoque illis conferens, mirè deuotus & pœnitens, exitum inter eos vitæ ſortitus eſt: quem ob beneficij & dilectionis eius erga eos maximæ monumentum, in presbyterio ante maius altare tradiderunt ſepulturæ.

ANNO 1169. Anno 1169. Canonici S. Mariani ſedẽ priſtinam mutauerunt XVI Kal. Decemb. in locum quẽ nunc inhabitant; venientes die dominica cum proceſſione celeberrima, & innumerabili clericorum laicorumque cateruа. Qualiter autem eundem locũ fuerint aſſecuti, paucis eſt expediẽdum ad memoriam poſterorum. Cùm poſt *Osbertum* regimen Abbatiæ ſuſcepiſſet Dominus *Milo*, penſare cœpit attentiùs, quia loci prioris habitatio nec amplificandis officinis foret congrua, nec ordini conſeruando, tum quia eos loci anguſta premeret, tum quia ex nimia vicinitate vrbis grauamen eis multiplex proueniret. Nam audiebantur frequentiſſimè catilenæ muliebres. plauſus ſeculares, ſtrepitus populares;

lares;eò,quòd loco illi fons eſſet cõtiguus, ad quem ex tota vrbe iugis omnium fit occurſus. Proinde conſiderans præfatus Abbas,quia inter tot ſtrepitus ſæculi, difficillimè poſſit quies animi cuſtodiri,locũ cœpit inquirere,qui paululum ab vrbe remotior,plus haberet quietis, & officinis foret competentior extruendis. Ad hoc itaque tam ei, quàm fratribus locus ille placuit,qui B.Martini Eccleſiam, cœnobium quondam Virginum,circumcingit. Videns verò quia non facilè obtineri poſſet, eò quod plurimos habitatores haberet,Comitem Niuernenſem, qui apud S. Germanum poſtea ſepultus eſt, adit, rei pandit negotium,ſupplicat,vt ſibi annuat quod depoſcit. Tunc Comes videns locũ rei,ad quam petebatur,aptiſſimum, quicquid in eo ſui erat dominii,concedit Abbati:ſuis quoq; hominibus illic habitantibus,vt locum exoccupent, imperat,& terram eis, ad quam domos ſuas congruè tranſponant,adſignat. Exoccupato deniq; loco, ædificiorum diſponitur amplitudo, iaciuntur fundamenta,eriguntur ſtructuræ, iamque completis aliquot officinis, anno prædicto venerunt vbi nunc ſunt, trahente eos deſiderio tum amplitudinis, tum quietis.

S. Mariani cœnobium transfertur ad locum cõmodiorem

Cæterùm Robertus, auctor Chronici Altiſſiodorenſis, ex quo iſta hactenus deſumpſimus, factus eſt religioſus in cœnobio S. Mariani, anno 1172 vt ipſe hoc diſticho teſtatur:

Annus hic ipſe mihi, ſextus decimus fuit æui,
Quo mea, Chriſte, tuo præbeo colla iugo.

Obijt autem dictus *Robertus* anno Chriſti 1212. ob pietatem ac doctrinam ſingularem mirificè laudatus ab *Hugone* pariter Canonico S. Mariani Altiſſiodorenſis, qui Roberti Chronicon vſque ad an. 1228. continuauit. Tradit verò idem Hugo, plurimos Abbates Ord. Præmonſtratenſis an: 1215, concilio generali Lateranenſi interfuiſſe; eodemque tempore Eccleſiam *S. Quirici*, in diœceſi Reatina, Præmonſtratenſibus ab Innocentio III. traditas fuiſſe, amotis inde monachis ob vitam liberiorem.

S. Quirici Abbatia n. 1215.

EX PROMPTVARIO ANTIQVITATVM SACRARVM TRICASSINAE DIOEceſis, à Nicolao Camuzæo Trecis an. 1610. edito.

ANtiqui Comites Brenæ (quod eſt oppidum ſeptem tantum Leucis à Tricaſſium ciuitate reductum, in quo cõſpicitur caſtellum vetuſtiſſimum & munitiſſimum, in editi collis ſupercilio exædificatum) poſteris omnibus pietatis ſuæ clariſſima monumenta & propenſæ ſuæ volũtatis in Dei honore promouendo, Eccleſiaſticique ordinis viris fouendis locupletiſſima teſtimonia, in plurimorum cœnobiorũ inſtitutione reliquerunt. Verùm peculiari quodam affectu & ſtudio in Præmonſtratenſis ordinis cœnobitas exarſiſſe videntur. Cùm enim ipſi ſtrictè & accuratè præſcriptam ſibi à Norberto, ſacri eorum ſodalitij parente & autore, regulam obſeruarent, inde omnibus innoteſcebat, non fruſtra eos veſtem albam geſtare. Integritas enim & puritas piorum & religioſorum operum aptè conueniebat & conſentiebat eorum veſtimento, quod album geſtare iuſſi ſunt: cãdor etenim ille ſynceritatis & innocentiæ ſymbolũ ſẽper extitit. Quibus reb. cõmoti & excitati præfati

Brena, Brenna, ſiue Brana, vulgò Brienne.

In cœnobio Baſſifontano D. Ioannis Bapt. digitus aſſeruatur, quo mundi Saluatorem indicaſſe dicitur: Ecce Agnus Dei &c.

Comites, & zelo verè Chriſtiano ſuccenſi, monaſterium *Baſſifontanum* ad excipiendos dicti ordinis religioſos extruendum pro curauerunt, & ampliſſimis reditibus locupletarunt. Nec verò ijdem comites liberalitatis eximiæ fructu, tum monaſterium *Belliloci* quod eiuſdem regulæ mandritas paulò ante ſuſceperat, tum cœnobium *Capellanum* (quod *B. Mariæ de Capella ad plancas ſeu aſſeres* vulgus appellat) eodem pænè tempore in Tricaſſina diœceſi conſti tutũ, carere ſuſtinuerunt. Sunt verò tria hæc cœnobia, exiguo interuallo diſſita à dicto Brenenſi ſiue Branenſi opido.

Baſſefõtaine

Fuit autem *Baſſifontani* monaſterij fundator VValterus Comes Brenenſis, qui an. 1143. Decimas ampliſſimas aſſignauit, Gerardo filio illius conſentiente, & Hatone Epiſcopo Trecenſi an. 1145. comprobãte.

Belluslocus vulgò Beauleu.

Cœnobium *Belliloci* (ab amœniſſimo loco, in quo ſitũ eſt, ſic dicti) primitus Canonicorum regularium ord. Auguſtiniani erat, ſed anno circiter 1140. regulam Præmonſtratenſem ſuſcepit.

Capella ad Plancas.

De Capella ad Plancas vide paulò ſupra à nobis dicta ex Roberto Altiſſiodorenſi.

ELEN-

ELENCHVS

COENOBIORVM ORD. PRAEMONSTRATENSIS IN BELgio, ſeu Germania inferiore.

POST *Præmonſtratenſe* & *S. Martini Laudunenſe* monaſteria, tertium vniuerſa inter Ord. Norbertini cœnobia, obtinet locum *Floreffia*, ad Sabim fl. in Comitatu & diœceſi Namurcenſi ſita. Hunc locum monaſterio exædificando *S. Norbertus* à Godefrido Comite Namurcenſi accepit an. 1121. in feſto Conuerſionis D. Pauli,

Monaſterij *S. Iudoci in Nemore* primus Abbas an 1121. creatus eſt *B. Milo*, qui poſt Taruanenſis ſeu Morinēſis Epiſcopus fuit. Hoc in loco Præmonſtratenſe inſtitutum florere cœpit an. 1120. vt habent eiuſdem cœnobij monumenta. Vocatur autem hodie monaſterium hoc *Dom-Martinenſis Abbatia*: apud Heſdinium opidum in finibus Arteſiæ ſita.

S. Nicolai Monaſterium, ad muros Furnenſis in Flandria opidi, an. 1119 cōditum volunt Meyerus & Marchantius. Ego ad an. 1120. aut 1121. id malim referre.

Eccleſiam *S. Michaelis* Canonici Antuer.

pienſis in Hannonia opidi, vulgò *Reulx* nuncupati, fundatur anno circiter 1126.

Grimberganum monaſterium, quod Canonicorum Regularium Ord. S. AVGVSTINI. fuerat, à Toparchis Grimberganis fũdatum, ab eiſdem Pręmonſtratani inſtituti Religionis an 1128. incolendum traditur. Diſtat ſecundo ferè à Bruxella miliari, dimidio autem à Vilvordia.

Circa annum 1127. aut 1128. Godebaldus Epiſcopus Vltraiectinus in *Middelburgenſi* monaſterio, Canonicis Regularibus amotis, Præmonſtratanos, ex Antuerpiano D MICHAELIS cœnobio euocatos, collocauit. Eſt autem *Middelburgum* Zelandiæ metropolis, ſita in Valachria, Zelandicarũ inſularum maximâ.

Anno circiter 1128. monaſterium *Inſulæ* B. MARIAE fundatur ab Hermanno Comite ſeu Toparcha Cuiquẽſi, vulgo *Cuyck*.

Parcenſe monaſterium, haud longè à muris Vrbis Louanienſis, fundatum eſt à Godefrido Barbato Duce Lotharingiæ, & Comite Louaniẽſi; qui locũ feris ſilueſtribus, animi cauſsa, alendis deſtinatũ (quem Latini Viuariũ, Belgæ Parcũ nominant) in melio res vſus cõuertens, eũdem Gualtero Abbati S. Martini Laudunenſis, ad monaſteriũ ibidẽ exædificãdũ an. 1129 tradidit.

Bonæ Spei monaſterium, apud Binchium Hannoniæ opidum, fundatur anno circiter 1129. à Guilielmo Reginaldi Equitis nobiliſſimi filio, qui Præmonſtratenſe inſtitutum pòſt ibidem eſt amplexus.

Helichſimenſe monaſterium, ſeſquimilliari à Thenis Brabantiæ opido ſitum, fundatur an. circiter. 1131.

Auerbodium, dimidio milliari à Sichenis Brabantiæ opido diſtans. an circiter. 1133. ab Arnoldo Comite Loſſenſi, eiuſque filio Ludouico ædificatur; Religioſis Antuerpia ex *D. Michaelis* monaſterio euocatis.

Tungerloa, à veteribus Tungris Huiuſce tractus incolis nomen retinens, conditur an. 1134. Religioſis ex eodem D. *Michaelis* monaſterio accitis. Eſt cœnobium longè elegantiſſimum, quodq; ædificiorum amplitudine opidi inſtar excellit, tertio ferè miliari ab Arſchoto Brabantiæ opido, Ducali Croianæ familiæ titulo illuſtri, ſitum.

Bernenſe monaſterium fundatum eſt an. 1134. à Folcoldo Teiſterbandiæ Comite. Eſt autem *Berna* ad Moſam fl. ſita ſecundo lapide à Silua Ducis Brabantiæ opido.

Niniuenſe SS. Cornelij & Cypriani monaſterium fundatum eſt an. 1137. à Gerardo Comite Stabuli ſeu Magiſtro Equitum

dulgentior ſuſtinebat. Hoc tamen duplici incommodo, paupertatis ſcilicet & infirmitatis, frangi non poterat, vtpotè quem exercitatio virtutis diutina in ſacra religione fundarat. Sanè cùm tot in eum diuinæ gratiæ confluxiſſent dona, non potuit ſub modio latere lucerna. Siquidem S. eũ Bernardus tàm Regi quàm Principibus notum fecerat & famoſum, vtpotè quem nouerat virum multæ virtutis, diſcretionis eximiæ, & præcipuæ honeſtatis, qui etiam *Vallem profundam* eiſdem fratribus impetrauit à Rege donari.

Vallis profunda.

ANNO 1146.

Anno 1146. Domnus *Rainerus, S. Mariani* I. Abbas quibuſdã de cauſis Præmõſtratũ profectus, dũ rediret, apud Pruuinũ ægritudinis lecto decubuit, vbi *Theobaldus* Comes Principũ illuſtriſs. eum ſæpiùs viſitauit, vtpotè quẽ ſciebat virũ ſanctum & iuſtũ, & ſua viſitatione digniſſimum. Poſt paucos aũt dies, ingraueſcẽte morbo, beatũ vitæ finẽ ibi ſortitus eſt, & in Xenodochio quodã pauperũ, vt ipſe petierat, inter pauperes, pauper Chriſti ſepultus eſt. Poſtmodũ verò eodẽ Xenodochio in Abbatiã Canonicorũ, quæ nũc S. Iacobi dicitur, cõmutato, cõtigit eiuſdẽ loci Eccleſiã ampliari, & intra eiuſdẽ Eccleſiæ ambitũ eius includi ſepulcrũ: vbi nunc, vt fertur, multæ lan

B. Rainerus Abbas moritur.

guentibus curationes præſtantur, quibus viri Dei meritum declaratur. Obijt autem prid. Kal Martij, expletis, poſtquã Abbas effectus eſt, ſex annis, 3. mẽſibus & 20 diebus: cui ſucceſſit *Bertholdus* Vrbe Colonia oriundus, vir vitæ probabilis, & manſuetudinis præcipuæ: qui cùm vndecim mẽſibus pręfuiſſet, obijt: eiq; *Osbertus* ſucceſſit.

ANNO 1152. *S. Gilbertus moritur.*

Anno 1152 *S. Gilbertus*, ex potenti milite ſæculi, humillimus miles Chriſti, eleemoſynarũ, abſtinentiæ, paupertatis admirandus exemplis, apud Scolã, Aruernię vicum, migrauit ad Dñm. Sepultus eſt aũt in monaſterio nõ procul à præfato vico, vbi Præmõſtratenſiũ ordinẽ, pij laboris inſtãtia, ipſo anno adduxerat, cui⁹ magnitudinẽ meritorũ, miraculorũ magnitudo declarat.

ANNO 1155.

Anno 1155. dimiſit *Osbertus* Abbatiam ſuam expletis annis octo, Domnumque *Milonẽ* habuit ſucceſſorem.

ANNO 1166.

Anno 1166. *Radulphus* Antiſſiodorenſis Eccleſiæ Theſaurarius obijt, vir non paruæ in ſęculo gloriæ, eò quòd genere moribuſq; clareret, & diuitijs non mediocriter redũdaret. Hic cũ ſibi finẽ cerneret imminere, miræ deuotionis, miræ pœnitudinis cœpit eſſe: & [illegible] alios parẽtũ, quos deſerũt, amor afficiat, cura ſollicitet; ille omni affectu poſthabito carnalis parẽtelę, nihil eis

omninò voluit impartire, vt omnium, quę poſſidebat. Chriſtum hæredem faceret; imò fieret Chriſti hæres, cuncta, quæ habuit, diſpoſuit Eccleſiis dilargiri. Ex quib. S Mariani Canonicis maximam contulit portionem, vnde tenuitas eorum non modicè eſt aucta. Seipſum quoque illis conferens, mirè deuotus & pœnitens, exitum inter eos vitæ ſortitus eſt: quem ob beneficij & dilectionis eius erga eos maximæ monumentum, in presbyterio ante maius altare tradiderunt ſepulturæ.

ANNO 1169. Anno 1169. Canonici S. Mariani ſedē priſtinam mutauerunt XVI Kal. Decemb. in locum quē nunc inhabitant; venientes die dominica cum proceſſione celeberrima, & innumerabili clericorum laicorumque cateruia. Qualiter autem eundem locū fuerint aſſecuti, paucis eſt expediēdum ad memoriam poſterorum. Cùm poſt *Osbertum* regimen Abbatiæ ſuſcepiſſet Domnus *Milo*, penſare cœpit attentiùs, quia loci prioris habitatio nec amplificandis officiinis foret congrua, nec ordini conſeruando, tum quia eos loci anguſta premeret, tum quia ex nimia vicinitate vrbis grauamen eis multiplex proueniret. Nam audiebantur frequentiſſimè catilenæ muliebres, plauſus ſeculares, ſtrepitus popu-

lares;

lares;eò,quòd loco illi fons eſſet cōtiguus, ad quem ex tota vrbe iugis omnium fit occurſus. Proinde conſiderans præfatus Abbas,quia inter tot ſtrepitus ſæculi, difficillimè poſſit quies animi cuſtodiri,locū cœpit inquirere,qui paululum ab vrbe remotior,plus haberet quietis, & officinis foret competentior extruendis. Ad hoc itaque tam ei, quàm fratribus locus ille placuit,qui B. Martini Eccleſiam, cœnobium quondam Virginum,circumcingit. *S. Mariani cœnobium transfertur ad locum cōmodiorem.* Videns verò quia non facilè obtineri poſſet, eò quod plurimos habitatores haberet,Comitem Niuernenſem, qui apud S. Germanum poſtea ſepultus eſt, adit, rei pandit negotium,ſupplicat,vt ſibi annuat quod depoſcit. Tunc Comes videns locū rei,ad quam petebatur,aptiſſimum, quicquid in eo ſui erat dominii,concedit Abbati:ſuis quoq; hominibus illic habitantibus,vt locum exoccupent, imperat,& terram eis, ad quam domos ſuas congruè tranſponant,adſignat. Exoccupato deniq; loco, ædificiorum diſponitur amplitudo, iaciuntur fundamenta,eriguntur ſtructuræ, iamque completis aliquot officinis, anno prædicto venerunt vbi nunc ſunt, trahente eos deſiderio tum amplitudinis, tum quietis.

Cæterùm Robertus, auctor Chronici Altiſſiodorenſis, ex quo iſta hactenus deſumpſimus, factus eſt religioſus in cœnobio S. Mariani, anno 1172 vt ipſe hoc diſticho teſtatur:

Annus hic ipſe mihi, ſextus decimus fuit æui,
Quo mea, Chriſte, tuo præbeo colla iugo.

Obijt autem dictus *Robertus* anno Chriſti 1212. ob pietatem ac doctrinam ſingularem mirificè laudatus ab *Hugone* pariter Canonico S. Mariani Altiſſiodorenſis, qui Roberti Chronicon vſque ad an. 1228. continuauit. Tradit verò idem Hugo, plurimos Abbates Ord. Præmonſtratenſis an: 1215, concilio generali Lateranenſi interfuiſſe; eodemque tempore Eccleſiam *S. Quirici*, in diœceſi Reatina, Præmonſtratenſibus àb Innocentio III. traditas fuiſſe, amotis inde monachis ob vitam liberiorem.

S. Quirici Abbatia an. 1215.

EX

EX PROMPTVARIO ANTIQVITATVM SACRARVM TRICASSINAE DIOECESIS, à Nicolao Camuzao Trecis an. 1610. edito.

ANtiqui Comites Brenæ (quod eſt oppidum ſeptem tantum Leucis à Tricaſſium ciuitate reductum, in quo cõſpicitur caſtellum vetuſtiſſimum & munitiſſimum, in editi collis ſupercilio exædificatum) poſteris omnibus pietatis ſuæ clariſſima monumenta & propenſæ ſuæ volũtatis in Dei honore promouendo, Eccleſiaſticique ordinis viris fouendis locupletiſſima teſtimonia, in plurimorum cœnobiorũ inſtitutione reliquerunt. Verùm peculiari quodam affectu & ſtudio in Premonſtratenſis ordinis cœnobitas exarſiſſe videntur. Cùm enim ipſi ſtrictè & accuratè præſcriptam ſibi à Norberto, ſacri eorum ſodalitij parente & autore, regulam obſeruarent, inde omnibus innoteſcebat, non fruſtra eos veſtem albam geſtare. Integritas enim & puritas piorum & religioſorum operum aptè conueniebat & conſentiebat eorum veſtimento, quod album geſtare iuſſi ſunt: cãdor etenim ille ſynceritatis & innocentiæ ſymbolũ ſẽper extitit. Quibus reb. cõmoti & excitati præfati

Brena, Brenna, ſiue Brana, vulgò Brienne.

In cœnobio Baſſifontano D. Ioannis Bapt. digitus aſſeruatur, quo mundi Saluatorem indicaſſe dicitur: Ecce Agnus Dei &c.

Comites, & zelo verè Chriſtiano ſuccenſi, monaſterium *Baſſifontanum* ad excipiendos dicti ordinis religioſos extruendum pro curauerunt, & ampliſſimis reditibus locupletarunt. Nec verò ijdem comites liberalitatis eximiæ fructu, tum monaſterium *Belliloci* quod eiuſdem regulæ mandritas paulò ante ſuſceperat, tum cœnobium *Capellanum* (quod *B. Mariæ de Capella ad plancas ſeu aſſeres* vulgus appellat) eodem penè tempore in Tricaſſina diœceſi conſtitutũ, carere ſuſtinuerunt. Sunt verò tria hæc cœnobia, exiguo interuallo diſſita à dicto Brenenſi ſiue Branenſi opido.

Baſſefõtaine

Fuit autem *Baſſifontani* monaſterij fundator V valterus Comes Brenenſis, qui an. 1143. Decimas ampliſſimas aſſignauit, Gerardo filio illius conſentiente, & Hatone Epiſcopo Trecenſi an. 1145. comprobãte.

Belluslocus vulgò Beaulieu.

Cœnobium *Belliloci* (ab amœniſſimo loco, in quo ſitũ eſt, ſic dicti) primitus Canonicorum regularium ord. Auguſtiniani erat, ſed anno circiter 1140. regulam Præmonſtratenſem ſuſcepit.

Capella ad Plancas.

De Capella ad Plancas vide paulò ſupra à nobis dicta ex Roberto Altiſſiodorenſi.

ELEN-

ELENCHVS COENOBIORVM ORD. PRAEMONSTRATENSIS IN BELgio, ſeu Germania inferiore.

POST *Præmonſtratenſe & S. Martini Laudunenſe* monaſteria, tertium vniuerſa inter Ord. Norbertini cœnobia, obtinet locum *Floreſſia*, ad Sabim fl. in Comitatu & diœceſi Namurcenſi ſita. Hunc locum monaſterio exædificando *S. Norbertus* à Godefrido Comite Namurcenſi accepit an. 1121. in feſto Conuerſionis D. Pauli.

Monaſterij *S. Iudoci in Nemore* primus Abbas an 1121. creatus eſt *B. Milo*, qui poſt Taruanenſis ſeu Morinẽſis Epiſcopus fuit. Hoc in loco Præmonſtratenſe inſtitutum florere cœpit an. 1120. vt habent eiuſdem cœnobij monumenta. Vocatur autem hodie monaſterium hoc *Dom-Martinenſis Abbatia*; apud Heſdinium opidum in finibus Arteſiæ ſita.

S. Nicolai Monaſterium, ad muros Furnenſis in Flandria opidi, an. 1119 cõditum volunt Meyerus & Marchantius. Ego ad an. 1120. aut 1121. id malim referre.

Eccleſiam *S. Michaelis* Canonici Antuer-

Bonæ Spei monaſterium, apud Binchium Hannoniæ opidum, fundatur anno circiter 1129. à Guilielmo Reginaldi Equitis nobiliſſimi filio, qui Præmonſtratenſe inſtitutum pòſt ibidem eſt amplexus.

Helichſimenſe monaſterium, ſeſquimilliari à Thenis Brabantiæ opido ſitum, fundatur an. circiter 1131.

Auerbodium, dimidio milliari à Sichenis Brabantiæ opido diſtans. an circiter. 1133 ab Arnoldo Comite Loſſenſi, eiuſque filio Ludouico ædificatur; Religioſis Antuerpia ex D. *Michaelis* monaſterio euocatis.

Tungerloa, à veteribus Tungris Huiuſce tractus incolis nomen retinens, conditur an. 1134. Religioſis ex eodem D. *Michaelis* monaſterio accitis. Eſt cœnobium longè elegantiſſimum, quodq; ædificiorum amplitudine opidi inſtar excellit, tertio ferè miliari ab Arſchoto Brabantiæ opido, Ducali Croianæ familiæ titulo illuſtri, ſitum.

Bernenſe monaſterium fundatum eſt an. 1134. à Folcoldo Teiſterbandiæ Comite. Eſt autem *Berna* ad Moſam fl. ſita ſecundo lapide à Silua Ducis Brabantiæ opido.

Niniuenſe SS. Gornelij & *Cypriani* monaſterium fundatum eſt an. 1137. à Gerardo Comite Stabuli ſeu Magiſtro Equitum

Flan-

Flãdriæ, qui ibidem poſt mortem vxoris, monaſticæ diſciplinæ ſe tradidit. Eſt verò Niniue opidum Flandriæ (vulgò Ninouiã vocamus,) Ioannis Deſpauterij celebris Grammatici patria.

In *Truncinienſi* monaſterio, quod olim Clericorum in communi viuentium fuerat, Præmonſtratenſes ab Ivvano Comite Aloſtano conſtituuntur an. 1137. Eſt verò *Truncinium*, vernaculè *Drongen*, milliari vno à Gandauo ad Lizam fl. ſitum.

Iettenſe monaſterium, quod *Diligemium* hodie nuncupant, primo à Bruxella lapide, in pago *Iette*, fundatur an. 1140. Fratribus Truncinio euocatis. Sunt itaque præter *Poſtulam*, ſeptem Abbatialia virorum monaſteria in Brabantia, *Antuerpienſe, Grimberganum, Parcenſe, Helichſimenſe, Auerbodienſe, Tungerloanum & Diligemienſe.*

Leſſliam primò virgines moniales, poſt Canonici ſeculares incoluerunt. Anno autem 1152. à Gerlãdo III. Abbate Floreffiẽſi Præmonſtratenſes Leffliæ ſunt collocati, qui annos 48. Floreffienſib. ſubfuerunt. Anno verò 1200. Ioannes V. Abbas Floreffienſis proprium Lefflienſibus Abbatem dedit VVericum Canonicum Floreffienſem. Eſt autem *Lefflia*, vulgò *Leffia*, ſita apud Dionantũ Leodicenſis ditionis opidũ.

In *Caſtello S. Martini* (vulgò *Chaſteau l'Abbaye)* ad Scarpum fl. apud Mortaniam, ſecundo à Tornaco milliari, Præmonſtratenſes an. 1155. collocantur. Incoluerant hunc locum antea alij, ſeu benedictini ſeu Canonici ſeculares.

Anno 1163. monaſterium *Horti B. Mariæ*, in pago Hallumenſi, ſeſqui milliari à Leovardia, Friſiæ Occidentalis metropoli, ſitum, fundatur à B. Frederico eius loci Paroeco, & primo poſtmodum Abbate.

S. Bonifacij monaſterium in Dockum Friſiæ occidentalis opido, ad tumulum S. Bonifacij Moguntinenſis & Vltraiectenſis Epiſcopi, Germaniæque Apoſtoli (qui eo loci martyrio coronatus eſt an. 752.) fundatum eſt circa an. 1170.

Sibodus vir diues *Lidlumenſe* monaſterium an. 1182. haud longè à littore maris conſtruxit; quod inde in locum à mari remotiorem an. 1234. Sibodus Abbas V. trãſtulit. Eſtque hodie ſitum apud Franikerã Friſiæ Occidentalis oppidum. Hactenus de Abbaticis virorum monaſterijs.

Poſtula celeberrimum hoſpitale, vt vocant, ſeu viatorum receptaculum, in medijs Campaniæ Brabanticæ ericetis locisq; deſertis ſitum, cui Floreffienſes Religioſi præſunt. Primus huius loci fundator fuit

Vallis Liliorum in agro Machlinienſi exſtruitur circa an. 1231.

Coningfeldia, Latinè *Regius Campus*, celebre nobilium virginum in Batauia cœnobium, à Richarda, Guilielmi II. Hollandię Zelãdiæq; Comitis & Rom. Regis ſorore, an. ferè 1255. exſtruitur, ad muros opidi Delfenſis.

Hortus concluſus B. Mariæ in Herentalenſi apud Brabantos opido, an. 1411 fundatus eſt à N. V. Arnoldo Crayenhemio, Toparcha in Grobbendonck, Ouvven Bauvvel &c. eiuſq; coniuge Eliſabetha Steiuortia.

Sunt inſuper in ditione Leodicenſi *Hinsberga* in diœceſi Rurimundenſi *S. Gerlaci* monaſterium, quod eſt nobilium virginum ſecundo ferè à Traiecto ad Moſam miliari ſitum; in opido Bredano *Monaſterium vetus* cognomento; in Valachriâ Zelandiæ inſula *Vallis Dulcis*; in Friſia *S. Nicolai, in Merna* Monaſterium, & alia alibi.

INDEX MONASTERIORVM ORD. PRAEMONSTRATENSIS, QVORVM FERE origines in hoc Chronico explicantur: A. id eſt Abbatia: D. id eſt Diœceſis.

CIRCARIA SEV PROVINCIA FRANCIÆ.

PRæmonſtratum, *Diœceſis Laudunenſis totius ordinis mater & caput vid. pag 4. 11. 18 24.*
S. Martini *Abbatia, in vrbe & D. Laudunenſi pag 11. 18 39 116.*
Cuiſſiacum, *D eiuſdem pag 11.*
Brana, *ſiue Brena, D Sueſſionenſis. pag. 85. & in auctario.*
Chartonoturn, *D eiuſdem. 2. lapide à Brana.*
Vallis Chriſtiana, *D. Sueſſionenſis 2 lap à Valle Serena .70*
Vallis Serena, *D. eiuſdem 3. lap à Sueſſione. 170.*
Vallis Serena, *D. eiuſdem. dimidia leuca à Caſtro S Theoderici.*
Locus Reſtauratus, *D. eiuſdem, haud procul oppido Crepiaco.*
Bonolium, *D. Meldenſis, Præpoſitura, Monaſterio Præmonſtratenſi nunc incorporata.*
Camera fontis, *D eiuſdem in Dom. Martinum in Goella & vrbem Meldenſem.*

S Sal

S. Saluatoris *prioratus in vrbe Pariſienſi nunc deſijt.*
Hermeriæ, *D. Pariſienſis. 4. lap. à Lutetia.*
Dei Locus, *D. Senonenſis in Ducatu Burgundia. Anno 1135. fundatum eſt à Monacho Altiſſiodonenſi in Auctario à nobis poſt Chronicon edito.*
S. Pauli *Abbatia ad mœnia vrbis Senonenſis.*
S. Mariani *Abbatia, D. Altiſſiodonenſis, olim extra, nunc intra muros vrbis Altiſſiodonenſ.* vide *Auctarium.*
Bellus Locus, *A. D. Trecenſis in Campania, circa an. 1609. infulas ſeu mitras à Clemente VIII. impetrauit.* V. *Auctarium.*
Capella, *D. eiuſdem virginum, vt colligi videtur ex eodem Roberto Altiſſiodonenſi.* V. *Auctarium.*
Moncellum, *D. Catalaunen.*
Vinarienſis, *A. apud Sueſſiones.* 39
Notet Lector iam inde ab initio inſtitutionis omnium ferè Monaſteriorum, Franciæ & Belgii Præfectos dictos eſſe *Abbates*; Germanicorum autem cœnobiorum Præfectos plerumque dictos eſſe *Prapoſitos*, quorum tamen pleriſque poſtea Abbatis Titulus ac dignitas acceſſit, ex indulto Apoſtolico. *vide pag.* 40.

CIRCARIA FLOREFFIAE.

Floreffia, *A. D. Namurcenſis. pag.* 11. 20. *& ſeqq.* 117. 142. 159. 1182. 171. 201.
Mons Cornelii *olim extra nunc* Bellus.
Reditus, *A. in vrbe & Diœceſi Leodienſi* 23. 35
Heliſſemium, *A. D. eiuſdem in Brabantia* 73
Lefflia, *A. D. Leodienſ. apud Dionantum* 23. 116
Bona Spes, *A D. Cameracenſis, apud Binchium Hānonia opidum* 73
S. Foillani *Abbatia apud Rhodium Hannonia oppi-*

dum. D. eiuſdem. 47
Clarus Fons, *D Laudunenſis, apud Capillã oppidum in Tieraſcia.*
Tenolium, *D. eiuſdem in Tieraſcia, haud longè à Veruino.*
Bucilium, D. *eiuſdem.*
Clauus mons, *D. Remenſis*
Septem fontes *in Tieraſcia, D. eiuſdem* pag. 23.
Mare *alias* Vadum, *D. eiuſdem, ſic dictum ab amne præterfluente.*
Vallis Dei, *D. eiuſdem.*
Wanzia & Hinsberga *monialium, D. Leodien.* 143. 165.
Harlaimunda *in Hannonia.* 24

CIRCARIA PONTIVI.

SEriacum in pratis, *D. Ambianenſis.* 25. 101
S. Iudoci in Nemore, *alias Dom-Martini Abbatia in Arteſia, D. eiuſdem* 25. 81. 123
S. Andreæ in Nemore *apud Heſdinium Artelia oppidum, D. eiuſdem* 24. 101
Selincurtis S. Petri *in Picardia, D. eiuſdem* 25 82
S. Ioannis Ambianenſis, *A. olim extra, nunc intra muros Ambianenſes, D. eiuſdem* 25. 44
Beſſuntim, D. *eiuſdem.*
S. Iuſti *Abbatia, D. Bellouacien. haud procul Bellouaco* 25 121
Marchadium Radulfi, *D. Rotomagenſis. 20. lapide à Reſſonio* 25. 27
Reſſonium, *D. eiuſdem.*
Alba curia, *D. Carnotenſ. in qua aliquamdiu egit S. Thomas Cantuarienſis*
Gaudii vallis, *D. eiuſdem, in qua Sancti Bartholomæi Apoſtoli reliquiæ magno hominum con-*

curſu

curſu honorantur & aſſeruantur. In eodem Monaſterio propè fontem quendam reperta di cuntur inſignia regni Galliæ diuinitùs allata.
Grandis Campus, *Diœceſis eiuſdem.*
Ardenſe *Monaſterium* 113

CIRCARIA BRABANTIAE.

S. Michaelis *Abbatia, in vrbe & D. Antuerpienſi pag.* 28 *& ſeqq. Item pag.* 76 182. 202.
Tungerloa *Abbatia D. Siluiducenſis, pag.* 35. 92. 205
Parcum, *A.* D. *Mechlinienſ. apud Louanium* 71
Grimberga, *A. D. Mechlinienſis apud Viluordiam* 64. *& ſeqq*
Diligemium, *A. in pago Iette apud Bruxellam,* D. *eiuſdem* 109
Vallis liliorum, *monialium, olim extra, nunc in vrbe Mechlinienſi* 173
S. Cornelii *Abbatia in oppido Ninouienſi, ſeu Niniuenſi, in Flandria, Diœceſis Gandenſis.* 101 169.
Auervodium, D *Leodienſis* 35. 87
Inſula Ducis *in pago Gempe, monialium, inter Louanium & Dieſtemium, Diœceſis Mechlinienſis* 166
Cæſareum nemus *vulgò* Keyſersboſch, *monialiũ apud Ruremundam in Geldria,* D. *Ruremunden.* 89
Middelburgenſis *Abbatia in Valachria Zelandiæ Inſula,* D. *Middelburgenſis* 70
Vallis Dulcis, *monialium, ibidem &* D *eiuſdem.* 35
Berna, *A. apud Siluam-Ducis,* D. *Siluiducenſis* 99

Wortenſe *Monaſterium Virginum* 99
Hortus concluſus B. Mariæ. *monialium, in oppido Herentalenſi, D. Antuerpienſis* 200
Monaſterium vetus *in oppido Bredano diœceſis Antuerpien.*
Campus Regius *in Hollandia, Monialium.* 188
Rekemenſe *cœnobium monialium apud Traiectum ad Moſam. D. Leodienſis.*
S. Gerlaci *cœnobium, monialium, D. Ruremundenſis in tractu Limburgenſi* 132
Poſtula, *Prioratus & Hoſpitale celeberrimum, in Brabantia, D. Syluducenſis* 141
Mons S. Ioannis *apud Maſdicam, D. Leodienſis, deſijt* 88

CIRCARIA FLANDRIAE.

MOns S. Martini, *A. D. Cameracenſis apud Caſtelletum Picardiæ oppidum* 85
Veromandia, *A D. Nouiomen. veterum Veromanduorum à Iulio Caſare celebratorum ſedes.*
Viconia, *A. D. Atrebatenſis, apud Valentinianas in Hannonia* 41 168 177.189.194
Caſtellum S Martini ſeu Mortaniæ. *A. D. Tornatenſis ad Scaldis & Scarpi confluentem* 120.194.
Truncinium, *A. in vrbe & D. Gandenſi* 105
S. Nicolai *Abbatia Furnenſis in Flandria* 68
Liſquenſe *Monaſterium, D. Bolonienſ.* 83
S Auguſtini *Abbatia Morinenſ. D. eiuſdem* 81

CIRCARIA LOTHARINGIAE.

BElla vallis, D *Remenſis pag* 80.
Septem fontes, *D. Lingonenſis propè montem claram.*
S. Mariæ *in Berca. D eiuſdem.*
Tanduriæ, *D. Tullenſis non procul à Bano vrbe, hic*

cenſetur eſſe capitulum totius ordinis pulcherri mum.
Touillare, *D. eiuſdem, loco ſaluberrimo in colle ſitū & inchoatum circa an. 1141.*
Regia vallis, *D. eiuſdem* 100
Domus Dominarum, *D. eiuſdem, olim fuit monia lium.*
S. Mariæ in nemore *Abbatia, D eiuſdem. Habet tres prioratus Blanzeium, iuxta Nanceium palmare apud Metas, & Flinum, iuxta Nomeniacum. 44.*
Cella Dominarum, *D. eiuſdem, deſijt.*
Regis-Vallis *ſiue* Rēgiſuallis, *D. eiuſdem 3. lapide à Tullo conſtructæ circa ann. 1160. & dotata prædijs Hauuidacæ comitiſſæ. aſperi montis. Petri Epiſcopi Tullenſis & aliorum*
Mirauallis *non longè à nouo caſtro.*
Bonum fagetum, *D eiuſdem 2. lap. à Mirecurio oppi do inter arbores Fages ſitum.*
Stiuagium, *D eiuſdem inter montes Voſagia ad Mortam flu. ſitum, fuit olim Ordinis S. Benedicti à B. Richarda Imperatrice, Caroli Imperatoris coniuge fundatum. Habet iurisdictionem ampliſſimam & priuilegia quædam Epiſcopalia.*
Flabonis mons, *D. eiuſdem, non procul à comitatu Burgundiæ.*
Stagnum, *D. Virdunenſis apud Hattonum caſtrum. 80.*
S. Pauli *Virdunenſ. Abbatia, olim extra nunc in vrbe & Diœceſi Virdunenſi* 80 127. 223
Vallis, *D. eiuſdem.*
S Crucis, *A. olim extra nunc in vrbe, & D. Metenſ. quæ Abbatia hodie S Eligij dicitur.*
Iuſtus Mons, *D eiuſdem apud Theonis villam.*
Saluiæ vallis *alijs* Salinæ vallis, *D. eiuſdem* 155
Bellum ſtagnum, *D. eiuſdem, præpoſitura olim iuxta*

Metas, cum Saliua valle nunc vnita.

Wandium *olim Monialium. D. Catalaunenſis, habet vnicum incolam Præpoſitum, S. Pauli Virdunenſ. Canonicum Regularem.*

CIRCARIA BVRGVNDIAE.

CArneolum, *D. Veſontionenſis, primo lapide ab oppido Greij ſitum.*

Bellus campus, *D. eiuſdem.*

Eccleſia de vallibus, *D. eiuſdem.*

Lacus, *diœceſis Lauſanenſis.*

Humilis Mons, *D. eiuſdem.*

Fons Andreæ, *D. eiuſdem.*

Laus Dei, *aliàs* Gottes, *D. eiuſdem.*

Bellalagia, *D. Baſileenſis, cœnobium inſigne.*

CIRCARIA ARVERNIAE.

DOa, *D. Anicienſis*

S. Gilberti *Abbatia, D. Claromontenſis. 167. & in Auctario.*

S. Andreæ, *A. in ſuburbano & D. Claromonten.*

Bellavallis, *D. Niuernenſis.*

Prædium, *D. Andegauenſis.*

Locus Dei in lardo, *D. pictauienſis, cœnobium opulentiſſimum.*

CIRCARIA NORMANNIAE.

LVcerna, *D. Abrincenſis* 29.1209

Blancalanda, *D. Conſtantienſis* 25.1200

Ardena, *D. Baiocenſis, 2. lap. à Cadomo.*

Bella Stella, *D. eiuſdem.*

Mons Auxilii, *D. Legonienſis*

Mons Dei, *D. eiuſdem.*

Faleſia, *D. Hagienſ.* 25.1209

Siliacum, *D. eiuſdem*

Inſula Dei, *D. Rotomagenſis.*
Belleſana, *D. eiuſdem.*
Bellus Portus, *D. Briocenſis ad Oceanum; in Britannia inferiore prope Inſulam* Brehac, *& oppidum* Pimpone.
Stella *Diœceſis Carnotenſis.*

CIRCARIA VASCONIAE.

CAmbalonga, *D. Auxitana, cœnobium inſigne.*
Caſa Dei, *D. Conſeranenſis.*
Gratia Dei, *D. Adurenſis.*
Capella, *D. Toloſana*
Fons calidus, *D. Narbonenſis.*
Villa Dei, *D. Aquenſis*
Arcoſium *ſiue* Arthoſium, *D. eiuſdem.*
Fontia, *D. Baionenſ.*
Vrdatium: *vulgò* Vrdais, *D. eiuſdem.*
Lidatium, *D. eiuſdem.*
Plana Silua, *D. Burdigalenſis.*

CIRCARIA HISPANIAE.

Quæ habet ſtatuta quædam propria typis excuſa: in ea Abbates ſunt triennales, alibi autẽ perpetui ad vitam, *Vide pag 4. & 134.*

REtorta. *D. Palentina*	133.135
S Crucis de Moncon	135
Villa maior	137
Villa Medianilla, *D. Burgenſis*	137
Aquilar, S. *Michaelis*	133
S. Crucis de Pinoſo	140
S. Pelagii in Serrato	135
S. Pelagii de Areuilla	138
S. Mariæ de villa aurea, *monialium*	139
S. Chriſtophori	137

Buxetum S.Mariæ 137
S.Mariæ de Hortis, *D. Salmanticenſis*
S.Leonardi *apud Albam. D.E.* 138
S.Saturnini *iuxta Medmas* 136
Charitatis *in diœceſi ciuitatis Rodorici* 136
S.Spiritus *de Auila* 137
S.Michaelis de Groſſ *Monialium. D. Zamorenſis* 139
Vitis S. Mariæ, *D. Oxonienſ.* 136
S.Michaelis de Bracaret *Monialium* 140
S.Saluatoris de ordax *in Nauarra* 136
Bellipodium, *D. Ilerdenſis* 139
Freznillum dominarum, *D. Oxonienſis* 140

CIRCARIA ANGLIAE BOREALIS.

Viride ſtagnum, *D. Glaſcoenſis in Scotia.*
Candida caſa, *D. Candida caſa.*
S.Agathæ, *D. Eboracenſis in Anglia.*

CIRCARIA MEDIA SIVE MEridiana.

NEhus, *D. Lincolnienſis*
Wellefort, *D. eiuſdem.*

CIRCARIA ANGLIAE AVSTRALIS.

MEldona, *D. Londinenſis.*
Langedona, *D. Cantuarienſis.*
S.Radegundis *Abbatia.*

CIRCARIA SCOTIAE.

FErmia. *Item* S. Mariæ 119
Nouocaſtrenſe *Monaſterium.* 119

CIRCARIA HIBERNIAE.

S.Trinitatis, *D. Tuamenſis* *pag.* 54

CIRCARIA FRISIAE.

Hortus B.Mariæ *in Friſia occidentali.* 50.131.156.178

S. Bonifacii *in Dockum oppido* 50.131
Bethlehem *monialium* 132
Lidlumenſis *Abbatia* 157.176.177
Baiomenſe *Monaſtertum monialium* 157
Inſula S. Mariæ *Abbatia* 74.131
Merna *Virginum* 50.130
Clarholtum *in comitatu de Bentem, D. eiuſdem* 121
Gratia S. Mariæ 51
Sepulchrum S. Mariæ *monialium* 51
Porta S. Mariæ *monialium* 51
Silua S. Mariæ *monialium* 51
Mons S. Mariæ 51
Buuenſe, *ſeu* Buuonēſe *Monaſterium Virginum* 179

CIRCARIA WESTPHALIAE.

CAppenberga, *D. Monaſterienſis* 26.121
Varlarenſe *Monaſterium apud Cosfeldiam, D. eiuſdem.* 26 122.
Steinfeldia *in Eifflia diœceſis Colonienſis* 45. *& ſeq.*
Silua S. Mariæ *ad muros vrbis Colonienſis* 50
Hamburna, *D. eiuſdem Cliuia* 50
Ellen *in Ducatu Iuliacenſi diœceſis eiuſdem* 50
Voſſenich *Virginum* 50
Reichſtein & Nideche *prioratus duo virorum* 50
Seina, *apud Confluentiam Diœceſis Treuirenſis* 50
Angelica porta *in tractu Moſellæ* 50
S. Catharinæ *in Tremonia diœceſis Colonienſis* 173
Mare *Virginum apud Noueſium, D. E.* 50
Dunnevvalt *Virginum in Ducatu Cliuenſi* 50
Olinghauſen, Rombeca, Cappela *monialium* 1123
Romersdorpium. *D. Colonien.* 23
S. Nicolai in Merna. *D. Monaſterienſis* 50
Wedinghauſenſe *ſiue Arensbergenſe Monaſterium* 121.122.

CIRCARIA WADEGOTIAE.

WAdegotia, *D. Treuirẽſis in Lotaringia tres habet Prapoſituras temporales.*

Lutra, *D. Wormacienſis* 63.107.194.195.

Ilmſtadium, *corruptè Eleſtatenſe Monaſterium, D. eiuſdem, à B. Godefrido Cappenbergenſi comite fundatum* 22

CIRCARIA IVELDIAE.

CElla Dei ſuperior *apud Herbipolim, D. Herbipolenſis* 39.69.78

Cella Dei inferior *olim monialium, D. eiuſdem.* 69. 79. *Prapoſitura virorum* 222

CIRCARIA SVEVIAE.

DOmus Argentinenſis, *prioratus in ſuburbano & Diœceſi Argentinenſi, deſijt iniuria Hareticorum.*

Hagenauuia, *D. eiuſdem, Prapoſitura ab Hareticis deſtructa.*

Cella omnium Sanctorum, *prapoſitura D. eiuſdem in Sylua Hercinia circa oppidum* Oberkirch

Martalum *ſiue* Marchtallũ, *Diœceſis Conſtantienſ. ad Danubium Flumen in oppido eiuſdem nominis. Huius oppidi Dominus eſt ipſe Abbas, ſic vocari cœptus ab an.1546. cùm antea non niſi Prapoſitus diceretur,* 63.141

Sorethum *Abbatia, D. eiuſdem* 158

Augia minor *ſiue* Alba Augia, D. *eiuſdem* 113.189

Rotum *ſiue* Rodum *Monachorum, D. eiuſdem* 67

Rodum Dominarum, *quod eſt monialium* 67

Porta cæli, *D. eiuſdem, prioratus non adeò vetus.*

Rogenburgum, *D. Auguſtana* 44

Vrſpergum, *A. D. eiuſdem* 40.179.

S. Lucii, *D. Curienſis* 108

CIRCARIA BAVARIAE.

Steingadium, *D. Auguſtana* 63.166

Scheflarienſe *Monaſterium, D. Friſingenſis.* 109. *ex Præpoſitura facta eſt Abbatia an.* 1599. *pedo & infula à Clemente VIII. impetratis.*
Noua Cella, *D. eiuſdem Præpoſitura haud procul à Friſinga, ad Iſaræ & Moſæ confluentem* 109
Oſterhouia, *D. Paſſauienſis, olim Præpoſitura, nunc Abbatia cum infula ab an.* 1460. 105. 202
Slaga *Præpoſitura in Auſtria ſita, gerens Infulam ſeu mitram ab an.* 1449. *quod rarum eſt. Sunt dein Abbates plurimi, qui hoc priuilegio non gaudeant.* 165. *Sic & præpoſitus S. Iacobi in Frigido Mõte Bruxellis Item Formiſelenſis, & alij Præpoſiti Canonicorum Regular. in Flandria vtuntur mitra ex priuilegio Apoſtolico.*
S. Saluatoris, *in Auſtria* 192
Lauriſſa, *apud Vormatiam* 114
Vindperga, *D. Ratisbonenſis, olim præpoſitura, nunc Abbatia cum Infula* 175
Spanchardum, *D. eiuſdem* 114
Vallis Virginum, *vulgò* Meyſenthal, *Præpoſitura, monialium, D. eiuſdem.*
Griuental *alias* Griphen, *D. Saliſburgenſis, Præpoſitura opulenta.*
Wiltina *vel* Wiltania, *D. Brixinenſis* 63

CIRCARIA BOHEMIAE.

MOns Sion *vulgò* Strahouia, *Abbatia hodie florẽtiſſima in vrbe & D. Pragenſi ſita, in monte Srahow nuncupato, è regione palatij Epiſcopalis fundata, an.* 1143. *per Vladiſlaum Regem Bohemiæ, vt fusè tradit Hagetius Wenceſlaus in ſuis Chronicis* 51. 55. *& ſeqq.*
Doxanẽſis *Præpoſitura, vulgò* Doxan, *Virginum, D. eiuſdem fundata, an.* 1141. *per Gertrudẽ Reginã dicti Wenceſlai coniugem, teſte eodem Hagecio.*
Chotieſſouienſe *Monaſterium, D. eiuſdem, fundatũ*

à B.

à B. Hroznata, fratre Ottagari Bohemiæ Regis, in Honorem S. Wenceſlai Ducis & Martyris Bohemiæ & Patroni 178

Gotteſſchauuenſis præpoſitura Virginum ab eodem Hroznata fundata.

Tepla, D. eiuſdem ab eodem B. Hroznata eſt fundata. & liberaliſſimè dotata. nam dependent ab ea 17. pagi, & aliquot oppida, in quæ ſummum ius Abbas hodie habet. in vno eorum ſunt duæ fodinæ vna argenti, altera lapidum pretioſorum 51.52.53

Siloe filia montis Sion, nunc cum matre coniuncta. 52.87.

CIRCARIA POLONIAE.

S. Vincentii Monaſterium in vrbe & D. Vratislauienſ. huius loci Abbas Ioannes Queſuuitius, curauit antiqua ordinis ſtatuta, nouis Typis excudenda, an. 1588 54

Domus Dei, D eiuſdem.

Veconia, D. eiuſdem 52

Werincia, D. eiuſdem 52

Suernenſe cœnobium, D. Cracouienſis.

Vilhouia, D. Gneſnenſis.

CIRCARIA MORAVIAE.

LVca, D. Olomucenſis Abbatia famoſiſſima S. Wenceslao ſacra, cuius loci Abbas Sebaſtianus Beilen, curauit breuiarium Ordinis in folio excudi. An. 1597. 52

Breſca, D. eiuſdem 52

Gradis ſeu Gradicenſe Monaſterium, D. E. apud Olomucium 52.60.

Iherus, D. Patauienſis ſiue Paſſauienſis.

Porta cæli in vrbe & D. Viennenſi

Rene Monaſterium 183

CIRCARIA HVNGARIAE.

S. Stephani *Monaſterium. D. Varadinenſis.*
S. Pauli, *D. eiuſdem*
Bienenſe *Monaſterium diœceſis Strigonienſis.*
Inſula leporum, *D. eiuſdem.*
Schirna, *D. Iaurinenſis.*
Ratoldum, *D. Veſprinienſis*
Inſula Lazari *Quinqueneleſienſis.*
S. Auguſtini, *D. eiuſdem.*
S. Crucis, *D. Kacienſis*
S. Michael, *D. eiuſdem.*
Ocra, *D. Agrienſis*
Geidel, D. *Colocenſis.*
Iuuantia, D. *Sagabrienſis, monialium cœnobium diſciplina monaſtica obſeruantiſſimum. An 1294 in capitulo generali aſſignata fuit paternitas vt vocant, ſiue inſpectio Monaſteriorum. Huius Circaria quinque Abbatibus videlicet Montis Sion Lucenſi, Sabarduuicenſi, Luchenienſi, & Gradicenſi.*

CIRCARIA SAXONIAE.

S. Mariæ *in vrbe & diœceſi Magdeburgenſi* 78. 90
S. Gratia Dei, D. *eiuſdem.*
Oldenburgum, *monialium* 173
Seruatius Lairuelzius *ſcribit in hac Circaria aliquot Eccleſias Cathedrales ſeu Epiſcopales fuiſſe, vt* Brandeburgenſem, Hauelburgenſem, Raceburgenſem *& alias, in quibus Preſidebat Abbas Ord. Pramonſtr qui & Epiſcopus erat à ſuo collegio Canonicorum Pramonſtratenſium, qui in Cathedrali templo reſidebant, electus* 204

CIRCARIA DANIAE.

S. Trinitatis *cœnobium*, D. *Lunden.*

CIRCARIA SCLAVONIAE.

CAſtrum ſpei.
Rubus, *Monialium* 179

CIRCARIA LIVONIAE.

REgenſis *Eccleſia Metropolitana fuit olim ordinis Pramonſtratenſis, vt ſcribit Lairuelzius* 204

CIRCARIA NOMARGIAE.

BVſcht, *Item* Merna.
S. Quirici *cœnobium.*

CIRCARIA GRAECIAE.

COlabrica, *D. Patracenſis.*
Epiſcopia *in Cypro* 193. & *ſeqq.*

CIRCARIA IEROSOLYMITANA.

S. Samuelis *Monaſterium in vrbe Aconenſi ſeu Ptolemaide* 103
S. Abacuc *Abbatia* 23. 163

CIRCARIA ROMANA ſiue TVSSIÆ & CALABRIÆ.

S. Alexii *Cœnobium in vrbe Roma, iuxta Eccleſiam S Sabinæ in monte Auentino, nunc à ſodalibus Hieronymianis inhabitatur. Sub maiori altari quieſcunt corpora S S. Martyrum, Bonifacij & Hermetis. A dextra altaris obſeruantur gradus, ſub quibus S. Alexius, in domo paterna poſt longã peregrinationem vixit ignotus. In naui eiuſdem templi adhuc viſitur ſepulchrum cuiuſdam Abbatis Pramonſtratenſis* 10
Parlitum, D. *Parmenſis* 172
S. Quirici *cœnobium*, D. *Reatina, an.* 1215. V. *Auctarium in fine.*
S. Mariæ de Paruoponte, D. *Brunduſina.*

S Petri de Camerota, D. *Policaſtrenſis.*
Barulenſe *Monaſterium.*

Sic ferè Lairuelzius circarias diſtribuit ac diſtinxit, in ſuo indice cœnobiorum ordinis Præmonſtratenſis, edito cum optica regularium, Muſſiponti Anno 1603.

Non poſſum hoc loco omittere, quæ de numero cœnobiorum ordinis Præmonſtratenſis ex variorum locorum monumentis, idem Lairuelzius recitat Ac Slagæ quidem in Auſtria ſic legitur parietibus aulæ inſcriptum: *Dinumerata ſunt vbique terrarum huius candida familia cœnobia ante annũ Chriſti milleſimum ducenteſimum in vniuerſum mille octingẽta, Canonicorum quidem mille trecenta Sanctimonialium verò quingenta : exceptis prioratibus & alijs domibus minoribus.*

In cœnobio cellæ ſuperioris apud Herbipolim ex vetuſto codice Monaſterii Steinfeldienſis ſic legitur: *Hac eſt ſumma clauſtrorum ſiue Monaſteriorum ordinis Pramonſtratenſis: mille Abbatia, trecenta Prapoſitura, Cœnobia verò Sanctimonialiũ ſunt quingenta . Inſuper in ordine prafato, ſunt ſedecim Epiſcopatus : de his ſunt ſeptem Archiepiſcopi & nouem diœceſani Epiſcopi.* vide quæ ſupra pag. 52. 58. 204. & alibi diximus.

INDEX RERVM.

A.

ABbatis titulus & dignitas antiquo in ordine Præmonſtratenſi. vide pag. 4. 40. Olim tamen ſine pedo & mitra, quæ poſtea acceſſerunt 5. 40. 161. 201

Adamus Abbas Præmonſtratenſis Scriptis clarus 221
Cardinalis ibid.

Ægidius Abbas Viconienſis in Syriam proficiſcitur cũ cruce ſignatis 179

B. Albero ex Epiſcopo Virdunenſi religioſus Ord. Præmonſtr. 64. 80. moritur 127

Alexander III. Ordinem Præmonſtrat. confirmat. 147.

Antuerpienſes Canonici B. Norberto tradunt Baſilicam S. Michaelis 29 & ſeq.

Arauſicanus Epiſcopus prophetat de ordine S. Dominici 169

B. Arnoldus Niniuenſis 169

S. Auguſtini Regulas ſuis præſcribit Norbertus. 9. 24. 37. 148.

B.

BAlduinus Niniuenſis Chronographus. 191
S. Bernardus cum S. Norberto in Italiam proficiſcitur ad vrbem. 89. eiuſdem S. Bernardi de B. Norberto teſtimonia 119

Brabantiæ Abbates 7. fœdus ac ſocietatem inter ſe ineunt. 222

Bran-

Brandoburgenſes Epiſcopi ex Ordine Præmonſtrat. 204.

C.

Calixtus II. Papa inſtitutum B. Norberti confirmat 17

Canonicorum collegium Diſtenſe fundatur ab Abbate Tungerloenſi 201

Capitulum quotannis celebrari ſolet Præmonſtrati 477.149

Carnium vſu abſtinere ſolent Præmonſtratenſes. 3. 183.186. *Poſtea deſuper diſpenſatum à Rom. Pontificibus* 186.191 209 216.219

Ciſtertienſes & Præmonſtratenſes ſocietatem ineunt 110

Collegia Ord. Præmonſtr. Salmantica 134

Louanij. 223. *& Pariſijs ex oppoſito Monaſterij Franciſcanorum.*

Conradus à Lichtenau Abbas Vrſpergenſis Ord. Præmonſtr.

Celebris Chronographus 179

D.

Dominicani Teutoniæ ad communicationem bonorum operum à Præmonſtr. admittuntur 175

E.

Epiſcopi & Archiepiſcopi varijs in prouincijs ex Ord. Præmonſtr. 52. 204. *& ſeqq. & in fine Indicis*

Euerbuicus præpoſitus Steinfeldenſis ſcriptis clarus. 110

B. Euermodus Norberto adiungitur. 18. *moritur Epiſcopus Raſeburgenſis* 144 *& ſeq.*

Euſtachius Lenſius Abbas & ſcriptor 170

F.

Folcoldus ex Teiſterbaudia Comite, conuerſus, & fundator Bernenſis 99

B. Fredericus Abbas & fundator Horti B. Mariæ in Friſia. 130. 131. moritur 144

G.

B. Garembertus Abbas montis Sancti Martini 85

Gelaſius II. B. Norbertum benignè excipit 16

B, Gerlacus Eremita. 132. & ſeq. Exſtat item vita illius in compendium redacta à Gwilielmo Cripio Iuniore typiſq; edita Coloniæ.

Gertrudis Filia S. Eliſabethæ, Ord. Præmonſtr. 173

Gilbertus Abbas in Francia cuius feſtum celebratur 4. Febr. in Diœceſi Claromontana, 163. & in Auctario.

B. Godefridus Cappenbergenſis in Weſtphalia Comes B. Norberto ſe adiungit. 26. 121. Extat vita eius per Nicolaum Serrarium Soc. Ieſu Theologum typis edita.

Godefridus Comes Namurcẽ., fit cõuerſus Floreffiæ 22

Godeſchalcus ex Abbate Epiſcopus Atrebatenſis. 116 moritur 132

H.

Hadrianus Hiluaribecanus Martyr in Hollandia. 224.

Haitonus Armeniæ Regis nepos. 143. 193. & ſeqq.

Hauelburgenſes Epiſcopi ex Ord. Præmonſtr. 204

Hæretici vnde Ketters nobis Belgis dicti 34

Helinus Abbas Floreffienſis crucẽ prædicat cum Iac. Vitriaco 161

Herbipoli laborat Norbertus ad ſciſma inter Innocentium II. & Petrum Leonis tollendum. 69. Item Renis. 84. Item Romæ 89

Hæreditates adire poſſunt Præmonſtr. indulto Innocentij. IV. P. 187

B Hildegardis virgo Pramonſt. fautrix 156
Hiſpaniæ Abbates ſunt Triennales 4 134
Honorius I I. inſtitutum Norbertinum confirmat 36
Hugo Cameracenſis, primus Norberti ſocius. 17. fit Abbas Pramonſtr. 76
Hugo Floreffienſis ſcriptor 171

I.

IAcobus Atrebas Scriptor 168
Iacobus Lacopius, Martyr in Hollandia 226
B. Iacobus Viconienſis 189
Iacobus Vitriaci teſtimonium de Pramonſtr. 183
Innocentius III. conſtitutiones Ord. Pramonſt. confirmat 164
Ioannes à Pruetis Abbas Pramon. ſcriptis clarus 237
Ioannes Tungrius Abbas Viconienſis, D. Theol. Pariſien & Scriptor 192
B. Isfridus Epiſcopus Raſeburgenſis 144. 146 160
B. Iuetta vidua 171
Iulij II. diploma 206 & ſeq.

L.

S. Leopoldus Marchio Auſtriæ 128

M.

MAgdeburgenſes Archiepiſcopi ex Ord. Pramonſtrat. 204
B. Milo Abbas S. Iudoci in Nemore. 25. fit Epiſcopus Morinenſis 81. 107. Fundat Selincurtim. 82. moritur. 123. Miraculum ad eius tumulum 125

N.

NIcolaus Pſaulme ex Abbate Epiſcopus Virdunenſis collegium Soc. Ieſu ædificat 223
S. Norbertus Ord. Pramonſtr. inſtituit. 14 fit Archiepiſcopus Magdeburgenſis 38. 63 moritur 90. In numerum Sanctorum refertur à Gregorio XIII. pag. 232. & ſeqq. quis Scriptor vitæ illius apud Surium 8 91. 17.

Numerus cœnobiorum Ord. Præmonſtr. vlt. pag. in Indice

O.

O*Dino ex dapifero Waldenburgenſi, Abbas Rodenſis* 62
Olomucenſes Epiſcopi ex Ord. Præmonſtr. 58. *& ſeq.*
Otho Friſingenſis Epiſcopus & Hiſtoricus, Norbertinæ familiæ fautor 128

P.

P*Arochialibus Eccleſijs præſunt Præmonſtrat.* 1. *& ſeqq.* 183
Petrus Herentalius ſcriptor 198
Petrus Lutrenſis ſcriptor 194
Philippus ab Eleemoſyna Abbas bonæ ſpei ſcripſit varia 73 113.
Præmonſtratẽſis Ordo vnde ſic dictus: 4. *quo anno inſtitutus.* 12. *candida veſtis eidem propria, & quare* 5
Præmonſtratenſi Abbati datur Ius Annuli & Mitræ à Clemente V. 161
Pragenſes Archiepiſcopi ex Ord. Præmonſt. 52

R.

R*Adbodus venerabilis Religioſus Parcenſis* 73.
B Radulphus Abbas Viconienſis 164
B Rainerus Abbas S. Mariani Altiſſiodorenſis. In Auctario
Raſeburgenſes Epiſcopi ex Ord. Præmonſtr 144. 145. 160 174 179 189 191. 197. 199. 201. 204.
B. Richardus Anglicus 122 158. *& ſeq.*
Rudolphus I. Imperator Ord. Præmonſtr. fautor eximius 189

S.

S*Anctenſe oppidum in Cliuia, eſt patria S. Norberti* 14
Seruatius Lairuelzius Abbas S. Mariæ ad Nemus,

ſcri-

ſcriptis clarus 239
Sexus vtriuſque olim ferè erant cœnobia Ord. Præmonſtr. 79 141. quando id vetitum. 186
Sibrandus Leo, ſiue Leonius Friſius ſcriptor 230
B. Siardus Abbas Horti B. Mariæ in Friſia 172
Sibrandus Abbas Horti B. Mariæ ſcriptor 178
Statuta Ord. Præmonſtr. confirmantur ab Alexandro III. 153. exſtant ſtatuta iam olim typis edita itemq; annis ſuperioribus in Germania.

T.

TAnchelini Hæreſis per B. Norbertum Antuerpiæ iugulatur 28. & ſeqq. eiuſdem Hæreſiarchæ miſerrimus interitus 34
Terra ſancta recuperationem promouent Præmonſtr. 83.161.177

V.

VRbanus II. & alij Pontifices, à decimis noualium ſoluendis Præmonſtratenſes eximunt. 117

W.

B. WAlterus Abbas Viconienſis 172
Walterus ex Abbate Epiſcopus Laudunenſis. 116.118.

FINIS.

E R R A T A.

Pag 10. vt quidem mirer &c. *dele* p. 11. quadringenta amplius, *leg.* mille trecenta circiter. p 15 ſuo *dele* p. 18 abhorrent, *leg.* abhorrerent. p. 26. franeus, *leg.* francus. p. 32. deſertus, *leg.* diſertus. p. 36. Beaurepiat, *leg.* Beaurepait p 44. amnali, *leg.* animali. p 45 conſtructum, *leg* conſtructa. p. 87. huius, *leg.* ordinis p. 91 odeium, *deeſt.* p. 123 Plucenſis, *leg.* Parcenſis. p. 146. inferiori, *leg.* inferior. p. 177. Te, *leg.* Ille. p. 180. Nouus, *leg.* Nonus. p. ibid. in, *leg.* cum. p. 193. Arminiæ, *leg.* Armeniæ.